Pestis Adumbrata
IN
LIBRIS V.
Aphorismorum:

In quibus tractantur, Pestis
Αἰτιολογικὴ, Σημειωτικὴ, Προφυλακτικὴ,
& Θεραπευτικὴ.

Intercessit etiam Pestis à Pestilenti
febre differentia.

Per *Isaacium Roet*, olim
Oxonienſem.

Terra valet malefacere, quibus benefacere
noluit Cœlum.

LONDINI,
Excudebat *F.H.* pro *S. Thomſon*, ad Inſigne
Capitis Epiſcopi, in Cœmeterio *Paulino*, 1666.

1167.d.34

Pestis Adumbrata

IN

LIBRIS V.

Aphorismorum:

In quibus tractantur, Pestis

Αἰτιολογικὴ, Σημειωτικὴ, Προφυλακτικὴ,
& Θεραπευτικὴ.

Interceſſit etiam Peſtis à Peſtilenti febre differentia.

Per *Iſaacium Roet*, olim Oxonienſem.

Terra valet malefacere, quibus benefacere noluit Cœlum.

LONDINI,
Excudebat *F. H.* pro *S. Thomſon*, ad Inſigne Capitis Epiſcopi, in Cœmeterio *Paulino*, 1666.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Genere & Ingenio, Doctrinâ & moribus Abſoluto, Nobiliſſimoque Domino, Dn. *Joanni Hartop*, Baronetto.

Domine,

NOn poſſum non mirari humanitatem veſtram; illam velim quæ ſinu admodum placido me quondam fovit. Eò magis in admirationem rapior, quò intentiùs vilitatem meam mecum perpendo. Profectò, Hei mihi, ſi præmium expectaretur, ſed iſtiuſmodi ſpernit tua generoſitas. Bonus ille, qui beneficia ſe contuliſſe obliviſcitur, non recepiſſe. Beneficentiam tuam adeò humilem oblivioni tradere grata mens nunquam ſinat. Ignoſcas, ſi in memoriam revoco, quod ex

nobilitate animi, quasi aquis Lethæis submergeres.

Spero igitur me nunquam videri posse reum, quòd hujusmodi patronum elegi, quamvis ex optimis, cùm mihi etiam fuisti optimus. Ingratus essem, si rivuli mei fontem non agnoscam.

En, grati animi exhibeo specimen! In scenam prodeo; excipias, ergò has ingenioli mei primitias. Tantùm peto, ut sub radiis honoris tui nox mea fiat lux, meque orbi exhibeam: Sin minùs, tenebris involutus, latere cogar. Sed nullus dubito, quin solitus benevoli affectûs tui Favonius conatus meos interspirans, libelli hujus cursum promoverit, & adeò vitaliter mihi arriserit, ut majores edam observantiæ fructus. De tractatu hoc censeas, ut placet: de me verò,

Domine honorande, ut de

tuo honori addictissimo

Isaacio Roet.

Lectori Benevolo S.

QUicunque es (Benevole Lector) Apologiam prolixam nè expectes; quam equidem haud expectare possis. Si adsit culpa, sanè non magna; cùm, nisi parvâ tabellâ, non peccaverit. Ut patriæ prodesset, concinnavi; non ergò me errasse judico, nisi quòd opusculum hoc sit malè concinnatum: Et ingenuè fateor, Zoilum aliquem satis quod carpat, invenisse posse; Cui, humanum est errare; unde forsan Zoilum ipsum humanum esse affirmarem. At sufficit; hactenus de me, nec bene, nec malè meruit. Quod feci, factum est (Lector) tui gratiâ. Si accipias, bene se res habet; sin minùs, non te culpavero, sed meipsum, qui nec meliora, n

meliùs edidi. Subjectum tamen eſt nobile, Regia ſcilicet Medicina, à principibus olim exculta: quæ inter Ethnicos, non minorem, quàm Deum Apollinem, patronum habuit: Nec pejorem, inter Chriſtianos, quàm Deum Celſiſsimum. Quem ſanè, ut Medicum Opt. Max. Medicinæ Archetypum, verè dixero; non verò Medicinæ, ut jam edoctæ, ſed veræ, quam totam non habemus, tantùm imperfectam. Verum enimverò, quoad ſubjectum opuſculi ſequentis, eſt triſte & horridum; Væ, Væ, cogor dicere, jam ſentimus. De Peſte hâc graſſanti, ſecundùm doctorum mentem dixi, & ignoſcas (Lector) interdum ſecundum meam. Non eſt erratum, à doctis diſcedere, ſi à re ipsâ non recedimus, modò veritatem amplectamur. Amicus Hermes, Amicus Galenus, ſed magis amica Veritas. Quod ſequitur, ſi accipias, gratus ero in proximis; Vale.

APHORISMI DE PESTE.

LIBER I.

Aphoriſm. 1.

CUm Omnipotentem adoremus, neceſſe eſt opem ipſius implorare, ut & manum agnoſcere peſte hâc graſſanti apertam. Deum ergò ſupplex oro, gratiam & intelligentiam concedat, ut veritati ſemper aſcribam.

Aphoriſ. 2.

Peſtis eſt certum quoddam morbi genus, eſſentiam peculiarem habens, cauſas peculiares, *&c.* etſi non Symptomata in totum peculiaria: Sic nec morbi alii, cujus ſigna

diagnostica plerumque sunt communia; & quod in hoc malo occurrit, sæpe accidit & in aliis.

Aphoris. 3.

Verè concludimus, Differentiam esse inter ἐπιδήμιον & λοιμώδες; etsi Pestilentia sit Epidemia. Epidemii vocantur morbi, non ab essentiâ eorum, sed ab universali suâ irreptione: Et hanc grassandi vim non à veneno aliquo in illis latenti habent, (quamvis adsit infectio) quod in Peste sentimus; cujus venenum quasi volatile in omnia adstantia grassatur.

Aphoris. 4.

Pestis est epidemia, actu sæpiùs, omnino potentiâ. Interdum possit à Deo cohiberi, quò minùs potentiam se diffundendi in plurimos exerceret, & in actum protruderet.

Aphoris. 5.

Non possumus non negare, Endemiam dari Pestilentiam; quod satis audaciter nonnulli affirmant. Morbi enim Endemii regionem, quam invadunt, nullo non tempore comitantur. Pestis verò, ut & morbi Pestilentiales, certa loca, ubi & quamdiu Deo visum est, affligunt. Et observatur, non solùm à nobis, de locis iisdem, ubi familiarior est pestis, quòd non semper grassetur, at per intervalla: Nec omnino æquáliter sævit, sed inordinatè, pro varietate circumstantiarum. Heu, quàm miserrimi! qui sub furore morbi hujus semper grassantis laborarent! cùm satis misere nos, qui interdum sentimus.

Aphoris. 6.

Naturam morbi hujus non satis significat, quod dicunt multi ex Galeni imitatoribus; scil. Pestilentiam in aliquo loco grassari, cùm plurimi simul uno aliquo morbo corripiuntur, eodemque pereunt, aliique inficiuntur. Non est ergò pestilentia, etsi sit morbus Epidemius; non quòd multos interficit, aut inficit, sed quòd veneno. Sunt morbi pestilentiales, at una tantùm Pestilentia propriè dicta: Et morbi Epidemii, qui nihilominùs non sunt pestilentiales, multò minùs ipsa pestilentia. Licet non negamus

negamus, quin hæc in multos ſe tranſmittat, quod etiam triſti vultu jam videmus.

Aphoriſ. 7.

Nec ſanè propriâ voce affirmant eſſe morbum in corde ſedem habentem. Si ita ſit; aut primò parti iſti adhæret; tum omnes infecti morte ſubitaneâ corriperentur, quod non videmus: aut ſecundariò venenum ſuum in cor tranſmittit, & ſic ab aliâ parte derivatum; Quod ſi accidit, etiam aliam partem, ut ſedem petamus, cui primò morbus fuit infixus. Omni enim affectu, qui hominem interficit, ad poſtremum cor inficitur; alioquin non interficerer. Non ergò dicunt Galeniſtæ, Cor eſſe propriam omnium morborum fatalium ſedem. Nec ponderoſum eſſet argumentum, ſi addant, Subitaneum eſſe virtutis vitalis lapſum, & præſentaneam virium debilitatem. Hoc enim accidit, propter ſubtilem penetrantis veneni naturam; quod ſæpe, dicto citiùs, per totum corpus tranſit, ſubitò in cor vitæ fontem ſe transferens, ideoque totum hominem proſternens, licèt ab aliâ parte primùm oriatur. Quod non mirum videtur, ſi ſanguinis circulatio non ſit figmentum.

Aphoriſ. 8.

Peſtem ex putredine oriri non exiſtimo, quamvis putredinem ex peſte oriri non negabo. Planè enim neſcio, an putredo humorum, ut vocant, venenum tale volatile & pernicioſum, quale in peſte agnoſcendum, generare poſſit; immò ſtrenuè oppugno. Neceſſe tamen videtur, putredinem in corpore peſtem jam illatam conſequi.

Aphoriſ. 9.

Peſtilentia eſt morbus totaliter & ſpiritualiter venenoſus, à veneno terreſtri externo, igneo quodam ſemine agitato, productus; qui primam & præcipuam ſedem in Hypochondrio uſurpat, unde dominatur in omnes partes corporis, & nobiliores & ignobiliores; varia ſymptomata & pernicioſa, ſi non ſtatim interficit, inducens unà cùm maximo vitæ periculo.

Aphoriſ. 10.

Non de Peſte, quatenus immediatè à manu Dei Omnipotentis

potentis per Angelum Pestiferum infligitur, differimus; sed, quatenùs causas mediatas immò naturales habet: quæ tamen, agnoscimus libenter, à Deo disponuntur, ad executionem Divinæ vindictæ. Quam pestem & ipse Deus, inter morbos annumeravit, *Deut.* 28.

Aphoris. 11.

Quocunq; tendit morbus hic, vel per totum corpus se diffundit, veneno latenti agitur, ut videre est omnibus suis symptomatibus, quæ planè venenosa, vel saltem ex veneno proximiori orta, quod ex parte vicinâ derivatur.

Aphoris. 12.

Proprium est Veneni hunc morbum inducentis, ut & eorum, quæ occulta qualitate agunt, maximam vim, etiam in minima mole obtineant, ad exercendas suas actiones: Quod non nisi semini, seu spiritui venenoso competit. Exinde morbus, instar causæ ipsius, sursùm, deorsùm, undequaque diffunditur, subitaneo, ideoq; spirituali, modo agitatus.

Aphoris. 13.

Morbi hebetiores, à seminibus hebetioribus, *i. e.* magis terrestribus promoventur: utrùm internè hæc semina generentur, quod sæpiùs accidit, an ab externo inferantur, susq; deq; fero. Acutiores, à semine acutiori, *i. e.* magis spirituoso, & igneo, rapidè excitantur, & in terminum suum, aut vitæ exitium furiosè feruntur. Et quò acutiores, eò viciniores venenosæ agitationi, quæ maximè spirituosa, agilis, violenta, & pernicioſa: Et præcipuè quòd maximè inimica est naturæ cursui, qui inter hebetem, terrestrem, vel Saturninum motum, & acutiorem, magis spirituosum, seu motum Martium, est intermedius: Ita, ut Cœlum & Terra in Microcosmo amicè, quoad fieri possit, conjungantur. Quæ in hoc morbo, plerumq; statim dissociantur. Cœlum in nobis Pestiferam rapidamq; veneni violentiam horret, fugiens quasi per totum corpus, donec planè extrudatur; sic tandem Terra motore suo privata, putrefacta & satis corrupta jacet.

Aphoris.

Aphoris. 14.

Venenum in genere, est quicquid à naturâ temperatâ vel in homine, vel cæteris animalibus maximè alienum, & supremo gradu contrarium: In cujus naturâ inseritur, in quicquid temperatum grassari.

Aphoris. 15.

Varia sunt venenorum genera; ut quod brutis lethale, possit esse homini innoxium. Sic nec eadem Pestilentia oves, boves, equos, homines jugulat; sed diversa: nihilominus uniuscujusque naturæ temperatæ contraria.

Aphoris. 16.

Pestis nostra, pro causâ suâ materiali, venenum habet exitiale, non aliquid ex ullâ primarum, ut vocant, qualitatum proveniens: Cùm hæc, qualitate pleriſq; satis occultâ agit; Hæ verò, modo satis manifesto.

Aphoris. 17.

Altâ voce pronunciamus, Cœlum à labe nostrâ immune, & innocuum. Non exinde materialiter producitur venenum hoc Pestilentiale.

Aphoris. 18.

Malignæ Saturni, Jovis, aut Martis influentiæ nihil veneni generare possunt, etsi signis humanis ponantur. Non enim procedit influxus hic malignus, propriè & strictè à stellarum naturâ ipsâ contrariâ, quasi hoc scirent, (Sic forsan incertiores essent nobis incertis) sed à certo suo cursu, à Deo ordinato. Et planè nescio, quomodo producant stellæ, quod in seipsis non habent; Venenum in illis non latet, ergò nec ex illis procedit. Sin lateat, & protrudatur, nihilominùs quotidiè semina ista venenosa à radiis solaribus dispellantur, vel à sole ipso stellis proximiori, ita ut vim grassandi amittant. At hujusmodi argumentis non opus est. Scripturæ nobis evincunt, Astra tantùm in signa creari: Non ut causæ efficientes sint, sed instrumenta, ad significandam Dei voluntatem.

Aphoris. 19.

Causas illas, quas communiter agnoscunt, internas, immediatas

mediatas & mediatas pro causis non habemus, tantùm pro circumstantiis forsan promoventibus.

Aphoris. 20.

Corruptio illa Humorum putrefactorum, per se considerata, tantùm generat, aut generare potest Febrim putridam, quia veneno caret At si venenum hoc externum spirituosum etiam superveniat, Aptius invenit subjectum, in quo citiùs ad perfectam putredinem exeat, & febrim illam comitantem, si possibile, adaugeat.

Aphoris. 21.

Nec Plethoria magis potest, quàm antea docuimus; scil. febrim aliquam producere. At confiteor, cùm semel imprægnata veneno, latiùs, non extendit seipsam, sed extenditur, nempe, à veneno illo pestilenti; quod tamen non Plethoriæ, sed veneni effectus.

Aphoris. 22.

Obstructiones corporis excrementa retinentes, periculosa symptomata inducunt; sed non æque pernicioſa, ac si essent ex veneno conflata.

Aphoris. 23.

Non aliam agnoscimus causam, nisi unicam externam, scil. semen venenosum terrestre, efficienti suo igne imprægnatum.

Aphoris. 24.

Ex visceribus terræ oritur materia hæc venenata; & inde per Aërem in omnia circumjacentia diffunditur, seminibus, scil. hinc inde dispersis, Atomorum instar, cujus singula, si Deus permiserit, regiones totas prosternant; nempe propagatione.

Aphoris. 25.

Semina hæc venenosa in cavitatibus terræ gignuntur, scil. ex vaporibus illis crassioribus ibi contentis, qui à sole maximè remoti, non maturantur.

Aphoris. 26.

E domicilio suo, naturali impetu coacta, erumpit materia venenosa, vel per terræ motum, aut per rimas terræ à nimiâ siccitate, ob indigentiam pluviæ, apertas. Gravissimæ

simæ pestes post terræ-motus incidêre: Etiam Cœlum siccum jam pestem nostram anteibat: Clausis Cœli Cataractis, terram hiantem vidimus exercitum suum venenosum emittere; quasi terra voluit malefacere, quibus benefacere noluit Cœlum.

Aphoris. 27.

Objectiones, scio, facilè moveri possint, sed æquè facilè refutari. Pluvia enim, quæ, peste jam grassanti, incidit, non valet venenum abluere quod in humanis corporibus, vestibus, domibus, *&c.* seipsum quasi fortificavit, ad inficienda adhuc plura; Donec vel medicamentis, vel hominum indigentiâ, vel aliis, quibus Deus uti vult, incognitis saltem circumstantiis profligetur. Rimas terræ hiantis claudat pluvia, non tamen venenum exinde jam abruptum iterum terræ alligare possit; nec suâ naturâ in totum destruere.

Aphoris. 28.

Nescio, quo fundamento inhærent, qui Aërem ad pestem generandam concurrere affirmant. Si concurrit, hoc facit aut activè, aut passivè: Si activè concurrit, est ipse pestilens vel in toto, vel parte: In toto non possit, quia totum Orbem eodem tempore inficeret, talis est penetrantissima hujus veneni natura: In parte non est, ob prædictam rationem; si pars Aëris inficiatur, proximam partem, & illa proximam inficeret, donec aer totus pestilens reddatur. Si passivè tantùm concurrit, non propriè dicitur causa, nihilò magis quàm causa est radiorum solarium, quia per Aërem transeunt; aut luminis ab illis radiantis.

Aphoris. 29.

Venenum nostrum terrestre, statim cùm è terrâ erumpit, aptiora, quàm aërem, subjecta quærit, & invenit; humana scil. corpora, in quibus confestim furit.

Aphoris. 30.

Spiritus iste venenosus, è fracido. Gas terræ exiliens intrò trahitur, vel sæpius sponte in corpus nostrum irrumpit, & ibi fermentum adest appropriativum, crudi scil. & indigesti

indigeſti humores, vel aliud ſimile, unde interdum gradatim morbus in nobis peſtilens acquiritur.

Aphoriſ. 31.

Sæpe etiam forinſecus adventans, totaliter & integrè peſtifer, à peſtilenti ægroto, in cujus corpore quaſi ebulliunt humores à tali venenoſo igne excitati, in adſtantes quaſi inſilit, ad inſtar vaporum ex ollâ erumpentium, unde illi quoque inficiuntur.

Aphoriſ. 32.

Interdum è cadavere provenit, ubi maximè abundat, & vget venenum, Cœlo ſcil. in homine, quod olim reſiſtebat, jam fugato. Ideoque, quaſi per otium, licet alia atque alia domicilia ſibi acquirere, ut ſtrages augeatur.

Aphoriſ. 33.

Loca, utenſilia, vel alia quæcunque proximiora quibus eſt corpus poroſum, aut ſaltem aptum ad recipiendum volatile venenum, & quibus Atomi venenoſi adhæreant, ſunt ita inquinata, ut inde exhalent ſemina ad alia inquinanda.

Aphoriſ. 34.

Semina venenoſa intrò ſumpta non rarò ita perturbant Cœlum humanum, i. e. ſpirituoſam hominis partem, & ſubitò vincunt, ut totum noſtri exitium, materialiter & formaliter, abſque ullo alio externo adjutorio ſubinde conficiatur. Et hoc fit propter ſubitaneam veneni invaſionem, & ſubitaneum terrorem intrò conceptum, qui ſtatim non alterat, ſed fugat ſpiritus.

Aphoriſ. 35.

Peſtilens hoc venenum igneo ſemine imprægnatur, quod ſupremum ignis gradum poſſidet; unde tam volatile, rapidum, & fervens, immò venenoſum.

Aphoriſ. 36.

Si quis cogitat peſtem hanc à frigido veneno originem ducere; ſanè fallitur. Videmus ignea illa ſymptomata, rabiem, febres, vigilias, *&c.* quæ ignei potiùs ſunt, quàm frigidi veneni effectus.

Aphoris. 37.

Cum Altomaro, & Hor. Augenio sentimus, Victum pravum communem pestem generare non posse. Varii inde conflantur morbi, sed non venenosi. Corruptio ciborum non generat venenum, sed humorum putredinem. Consulunt Historias, qui contrarium urgent, sed frustra: Concedimus fuisse Pestes, quibus antecessit usus ciborum corruptorum; Non tamen consequitur, cibos illos corruptos fuisse Pestium causam; sed potiùs venenum è terrâ erumpens, quod non verisimile tantùm, sed non negandum. Corruptus autem victus extra corpus vermes tantum generat, putridos, non venenatos; ergò nec intra corpus venenum producit, sine quo non est Pestis.

Aphoris. 38.

Quod maximè mirandum in hoc morbo, multi imaginatione Pestem contrahunt; quod evenit ob conceptûs vim; non ideo quòd sit conceptus, sed conceptus excitatus tam à veneno jam invadente, quàm à visu pestilentis objecti. Id quod vapores etiam melancholici faciunt; cogitationes atras in cerebro formant.

Aphoris. 39.

Concedere non possumus, Pestilentiæ semina aliquandiu in corpore delitescere posse. Hoc fieret, si non essent venenosa, immo supremo gradu venenosa. Sed talia cùm sint, non delitescunt, sed statim corrumpunt. Ergò nec concedimus, Imaginationem semina aliqua delitescentia excitare, & hoc modo Pestem inferre, quia talia non sunt.

Aphoris. 40.

Est proculdubio in pestilenti constitutione dispositio aliqua prærordinata in corporibus humanis, non quod dispositione hujusmodi opus est, ut sine quâ Pestis non esset: Nec est dispositio hæc sufficiens, quæ imaginatione excitata, sine veneno pestilenti, morbum hunc generare posset; cùm dispositio ista non sit venenosa.

Aphoris. 41.

Inæqualitas tempestatum in aëre, cùm scil. est tempestas interdum

interdum calida, statim frigida, interdum sicca, & confestim humiditas consequitur, Pestem promovet, non efficit. Non nescio hanc alterationis humorum in corpore causam esse posse: Non ideo Pestem generat, quæ non solùm est alteratio, sed venenosa alteratio, quæ nunquam est effectus tempestatis inæqualis.

Aphoris. 42.

Causa hujus morbi contagiosa fuit, aut certè corpora humana nunquam inquinârat; præsertim cùm ab externo intrâsset. Non igitur mirari debemus, morbum etiam ipsum contagiosum esse. Qualis causa, talis effectus.

Aphoris. 43.

Contagium est, quod à corporum contactu producitur. Verùm hic requiritur, corpora communicantia esse morbosa, unde similis effectus, morbosus nempe, in corpora contacta derivatur.

Aphoris. 44.

Non quodlibet, quod alteri affectionem suæ affectioni similem communicat, est ideò contagiosum, nisi sit quoque corpus morbosum.

Aphoris. 45.

Morbosum corpus est contagiosum & ratione morbi, & causæ morbificæ.

Aphoris. 46.

Causa illa, quæ corpus Contagiosum reddit, vel, ab externo, corpori advenit, scil. à materiâ primariâ venenosâ, aut à corpore aliquo pestilenti: vel in corporibus nostris generatur, non ab externa causa, sed interno corporis vitio. Primus ille modus, à causis externis scil. Pesti competit: Secundus verò, à causis internis, non competit. Quia omne contagium Pestem generans, à primo illo veneno, necesse est prodeat; quod ab extra provenit, non intus generatur.

Aphoris. 47.

Non credimus, quod insignes Medici affirmant, materiam nempe contagiosam corpori communicatam tamdiu in cor-

corpore delitescere, ut aliud externum corpus inficiat, antequam morbum excitaverit. Certè negamus, si de contagio nostro venenoso loquuntur; Penetrantissima est ejus natura, tota ignea, & rapidè venenosa, quæ statim nisi impedita, cùm inficit, interficit; & multò magis morbum producit, nisi statim mediis fortioribus extrudatur. Concedimus in aliis morbis mitioribus, quibus abest venenum, contagium posse delitescere.

Aphoris. 48.

Non omne corpus morbosum, est contagiosum; neque omne contagiosum, uno modo. Aliqua enim contagiosa sunt, non nisi corporali contactu: Alia verò, sicuti in peste, si propiùs accedas, etiamsi non sit contactus, inficiunt; immò, quod mirum videtur, totum domicilium à pestilenti ægroto inficitur; quod non fit in aliis corporibus morbosis.

Aphoris. 49.

Non ideò à peste liberum est corpus, quod alteri pestem communicavit. Non enim totam morbi substantiam, sed semina quædam, quasi evaporantia, communicat.

Aphoris. 50.

Μιάσματα, seu σπέρματα hæc, sunt instar fermenti, quod, massæ non fermentatæ immixtum, facit, ut illa effervescat. Sunt enim ejusmodi naturæ cum venenoso spiritu, primo pestis ipsius causâ, scil. spiritualia.

Aphoris. 51.

Est ipsa horum seminum natura, velociter sese insinuare, & tenacissimè inhærere, & igne suo proprio agitari.

Aphoris. 52.

Mirum est, primo scil. intuitu, quàm in loca longinqua & dissita, hæc μιάσματα salva & integra, spirituosi sui ignis quasi alis, vehantur.

Aphoris. 53.

Contagii nostri semina peculiarem in minimâ quoque mole corporis agendi vim habent; quam occulta qualitate exerunt. Qualitas per quam agunt, est suprémus ignis veneno tincti gradus, unde sua volatilitas, & contrarietas

cœlo humano inimicissima, unde fluit appetentia quædam naturalis grassandi in illud.

Aphoris. 54.

Ex antè dictis apparet, Contagium nostrum non à solâ putredine generari, quod tamen nonnulli affirmant. Quamprimùm enim contagii semina sunt hausta, homo inficitur; immò sæpe à veneno contagioso jugulatur, antequam ulla in corpore putredo excitari potest; Et eundem alios iterum inficere videmus. Non negamus corruptionem quandam adesse sine quâ non est mors, nec morbus. At corruptio omnis non est putredo.

Aphoris. 55.

Semina venenosa per multas partes multis modis emittuntur, per exspirationem & halitum, per poros cutis & ἄδηλον διαπνοὴν. Sese sursum attollunt in corpore, per proximam patentem viam erumpentia.

Aphoris. 56.

Rondeletius affirmat, Mortuo animali perire omne venenum, & nihil vel parum exspirationis cadavera de se emittere. At sanè venenum igneum nostrum, tùm agendi vim à seipso, non à corpore, accipit; non perit, homine vel mortuo, quòd non à corpore dependet. Ergò, licet parum vel nihil exspirent cadavera, quod dubito, pori tamen non ita constricti, nec nares, nec fauces, nec alia evacuationis loca, quin erumpat venenum; alioquin per carnem, per omnia, vi suâ nativâ viam faceret.

Aphoris. 57.

Thomas Jordanus, & alii, corpora viventia longe contagiosiora esse quàm cadavera, statuunt. Contagium verò, licet respectu ægrotorum fieret inter similia, & sic cadavera non ita inficiant corpora: Attamen respectu Contagii seminum venenosorum, nunquam fit nisi inter contraria: Nihil enim corpori humano magis contrarium, quàm semina illa, quæ supremi venenosi gradus existunt. Ergò venenum illud semper idem tàm mortuis, quàm viventibus, ex cadavere erumpens, corpora viventia potest

est insidere, æque ac ex corpore vivente.

Aphoris. 58.

Major est infectio à cadaveribus, quàm vivis corporibus. In vivente, dum vivit, venenum à Cœlo humano resistente, quantum potest, hebetatur, quod non fit in mortuo: potiùs, Cœlo fugato, venenum viget & quasi triumphans totum corpus jam occupat, venenosos suos Atomos modo insultatorio emittens ad inficienda quæque astantia.

Aphoris. 59.

Sic fieri possit, ut Quis vestibus, in quibus sunt Contagii semina, indutus, securus esse possit, donec ab alio quovis forsan attrahantur, vel semina aliunde sese transmittant. Hoc verò, tantùm si vestes carnem non attingunt.

Aphoris. 60.

Videmus contagium in omnis cujusque generis corpora, scil. humana; in senes, juvenes, in sanos, in ægros, in omnes grassari: sed in corpora alia facilius, in alia difficilius.

Aphoris. 61.

Contagium nostrum nullam similitudinem, nec ἀναλογίαν cum corpore habere potest; Ita enim corpus conservare velit, at valet destruere. Non ergò ob hanc causam, in unum magis quàm alterum grassatur.

Aphoris. 62.

Causa particularis dari non potest, cur non æquè in omnes furit contagium, nisi quod corpus aliquod magis dispositum ad venena recipienda invenit, propter semimis alicujus inimici præsentiam & dominationem; unde fit, ut Cœlum in nobis imbecillius reddatur: Vel propter terrorem, quem in Patienti excitare valet, & ad quem concipiendum alij magis, alii minùs sunt apti.

Aphoris. 63.

Possibile etiam est, corpus ita Alexipharmacis fortificari, ut venenum vel non intret omnino, vel intrans iterum expellatur. Ut videmus in Mithridate ipso, qui veneno hausto non potuit vinci.

Aphoris. 64.

Ratio, cur aliqui cum sanguinis nexu non devinctis securè conversantur, qui consanguineis forsan inficiuntur, videri potest ita se habere; quòd consanguinei, propter innatum mutuum amorem, magis dolore punguntur, & terrore afficiuntur, cùm jam, propriori sensu, proximus ardet Ucalegon; Ideóque venenum citiùs admittunt, etsi forsan non imbecilles, nec Cœlum humanum in illis sit imbecille; nisi quòd jam terrore concepto hebetentur spiritus, & ad resistendum minùs sint apti.

Aphoris. 65.

Quòd eadem corpora bis, vel ter, peste eâdem corripiuntur, non mirum est. Quando enim à peste jam fugatâ, sunt liberi, exinde corpora sua non minùs, sed potiùs magis apta ad venenum admittendum, quàm antea; ideo quòd jam, quasi impetu quodam in eandem viam irrumpit.

Aphoris. 66.

Possumus ex suprà dictis concludere, Pestem contagiosissimam esse, cùm seminium suum non tam contactu, quàm è sui ipsius transmissione distanti inficit: Quod in contagiis aliis non fit, ubi solùm contactu propiori infectio propagatur.

Aphoris. 67.

Potens ergò est se aliquamdiu securum & integrum conservare, scil. in transitu per Aërem, ubi seminium hoc venenosum non in totum dispellitur, sed seipsum in corpore suo unà cum viribus suis integrum & valens præstat.

LIB.

LIB. II.

Aphoriſ. 1.

NON poſſumus inter Peſtem & Febres Peſtilentes differentiam ponere ex putrefactionis gradibus, quia Peſtis eſſentia in putredine non conſtituitur.

Aphoriſ. 2.

Toto errat cœlo, qui docet Peſtilentiam non eſſe quid diſtinctum ab illis morborum generibus, *viz.* à morbis intemperiei, malæ conformationis, & ſolutæ unitatis. Ludovic. Mercat. lib. 3. p. 1. claſ. 1. art. 4. quæſt. 176. Hi enim morbi à cauſis communibus, utrum externis an internis non diſputo, oriuntur; Peſtilentia verò à veneno tantùm externo, quod ubicunq; in humanis corporibus operatur, ſemper producit Peſtem: Quod fit non ab intemperie aliquâ in corpore, (humoribus nec nimis calidis aut frigidis, nimis humidis aut ſiccis exiſtentibus, nec quantitate peccantibus) multò minùs à mala conformatione ullius partis, aut ſolutione unitatis, ſed tantùm à veneno jam intùs ſumpto, & cœlum humanum directè deſtruente.

Aphoriſ. 3.

Exinde affirmat, Peſtem non eſſe peculiare morbi genus, ſed ubicunque ſit morbus vulgaris, pernicioſus, & contagioſus, ibi peſtis; quaſi ſint plures peſtilentiæ. Et ſuprà addit, febres peſtilentes à putridis diſtingui, per ſolam putredinem; Quod antea negavimus.

Aphoriſ. 4.

Febres illæ, quàs vocant peſtilentes, ubi peſti conjunguntur, ut & alii morbi, ſunt planè Symptomata peſtem in corpore inceptam conſequentia.

Aphoriſ. 5.

Peſtilens febris, licet peſti conjuncta, tamen non eſt de

essentia pestis; quod apparet vel in hoc, quod pestis, nempe sine febri potest esse; quod non potuit, si de essentia sua esset febris, quæ tantùm est pestis effectus.

Aphoris. 6.

Pestilens ergò febris hæc non differt à peste vel essentiali causa, vel subjecto; nec propriè dici possunt differre, quia febris hæc est Symptoma pestis.

Aphoris. 7.

Est febris, ut dicitur, pestilens, quæ etiam sine peste potest existere; Quæ differt à pestilentiâ.

Aphoris. 8.

Differentiam inter febrim pestilentem & ipsam pestilentiam statuimus in hoc; nempe, quòd etsi eandem causam in essentiâ, tamen in qualitatis vi eandem non habent. In utrâque venenum externum adest pro causâ, sed non æquè forte; In utrâque idem, scil. naturâ primariâ, sed non æque idem in operationis viribus. In peste venenum est violentum, supremo gradu igneum; non item in febre pestilenti, ubi planè remissius, & magis terrestre. Ergò, & perniciei & contagionis vehementiâ differunt. Denique, pestis non semper cum febre, sed febris hæc distincta, (cùm morbus sit, non Symptoma) nunquam cum peste conjungitur: Immò febris est sæpiùs effectum pestis, at pestis nunquam effectum febris.

Aphoris. 9.

Pestilens febris non dicenda est maligna, si verum est, ut Galenus ipse definit, Malignos morbos dici, qui periculum minantes spem salutis non adimunt; febris verò pestilens majus periculum nunquam minatur quàm quod revera existit in ipsius naturâ; cùm sit verè perniciosa, ut ex veneno tantùm non fortissimo procedens.

Aphoris. 10.

Febres unius diei ex incendio spirituum præternaturali, oriuntur; Ergò febres pestilentes non sunt propriè Ephemeræ; eò quòd à veneno externo putredinem causante pro-

prodeunt, &, ut ægri suo damno sentiunt, nisi impeditæ sunt plurium dierum.

Aphoris. 11.

In Ephemerâ spiritus, ut vocant, tantùm præternaturaliter incalescunt; In pestilenti verò febre planè corrumpuntur.

Aphoris. 12.

Febres pestilentes non propriè dici possunt Hecticæ, cùm non tantùm calorem præternaturalem in corde excitant, sed ipsam Cordis substantiam putridam reddunt; Quamvis nonnulli, ab authoritate Aristotelis (quo negante, certè non audent affirmare) dubitant, an Cor possit putrescere; non cogitantes, partes maximè sanguineas magis putredini obnoxias esse.

Aphoris. 13.

Necesse est putredinem, aut saltem corruptionem in febre pestilenti adesse. Mutatio enim primarum qualitatum non sufficit ad febrim generandam, ubi putredo venenosa requiritur.

Aphoris. 14.

Nulla est intermissio, ut in febribus intermittentibus, in febre hac pestilenti; ubi qualitas venenata ita prævaleat, cujus ea sit ἐνέργεια, ut, sanguine in venâ cavâ & arteriis semel corruptis, statim cor destruatur.

Aphoris. 15.

Causa febris pestilentis non magis quærenda est in aëre, cœlo, aut similibus; quàm in peste fuit. Idem venenum, etsi aliquomodo magis terrestre, & obtusum, est causa febris nostræ pestilentis, quod causa fuit pestis.

Aphoris. 16.

Circumstantiæ diversæ, internè in nobis ipsis, vel externè in aëre, &c. quærendæ, venenum possunt obtundere, ita ut non pestem, sed febrim pestilentem tantùm generare valeat.

Aphoris. 17.

Signa in febre pestilenti vix differunt à signis in peste,

nisi quòd sint mitiora, minus pernicioſa, & contagioſa, quàm in peſtilentia.

Aphoriſ. 18.

Quò fortius venenum, eò major putredo, & exinde citiùs & magis vires debilitantur.

Aphoriſ. 19.

Quò major putredo partium, eò majores partium dolores. Major inſequitur Cephalalgia, majores vigiliæ, major ſtomachi affectio, inappetentia, & ſitis, &c.

Aphoriſ. 20.

Cùm putreſcunt ſanguis, & partes ſanguineæ, neceſſe eſt, partes internæ, & externæ langueſcant.

Aphoriſ. 21.

Stomacho affecto, putridiſq; fœcibus impleto, impoſſibile fere, quin vomitus ſequatur.

Aphoriſ. 22.

Excrementa, immò & urina ægrorum valdè mutata, putridum fœtorem habent, & ipſa maximè putrida.

Aphoriſ. 23.

Quò plura & graviora Symptomata, eò majus eſt periculum; & è contra.

Aphoriſ. 24.

In febre peſtilenti apud Ægyptios in uſu fuit pulvis hic.

℞. *Scordii,*
Chamædryos,
Sem. citr. an. ℥j.
Ariſtoloch. long.
Zedoar.
Dict. Cret.
C. C. uſt.
Bol. Arm.
Terr. ſig.
Roſar.
Calaſ. ſpit.

Margarit.

Margarit. præp. an. ℈ j.
Camphor. ʒ ß.
Coral. rubr. ℈ i.
Sacch. cand. ʒ ij.

Exhibebant ʒ j. hujus pulveris cum ℈ ij. Theriacæ Andromachi, in Aquâ Citri, ad ſudorem provocandum. At pulveres, niſi qui ſubitò in ventriculo diſſolvantur, ſunt medicamenta hebetiora.

Aphoriſ. 25.

Efficaciora ſunt medicamenta, non quæ violentæ operationis ſunt, ſed ſuaviore agilitate prædita, citò vires ſuas exerentia. Efficax ergò ad ſudorem provocandum, & cor ſuſtentandum, videtur ſal volatilis C. C.

Aphoriſ: 26.

Si natura urgeat ad vomitum, & certum videtur materiam venenoſam à ſtomachi rejectione in ſuperiora vergere, vomitoriis utendum eſt.

Aphoriſ. 27.

Vomitoria illa, quæ ipſa fluida, materiam ſecum exportant, ſine nimiâ nauſeâ, & quæ vaſa non multùm torquent, ſunt optima. Hujuſmodi eſt hoc, quod experientiâ ſecurum & efficax ſæpe comperi.

℞. *Opt. Nicot. Angl. bene inciſ.* ʒ iv.
Scill. ʒ ij.
Nuc. Moſch. inciſ. ʒ ß.
Aqu. font. lb. iij.
Acet. vin. alb. lb. j.

Primò fiat maceratio frigida per aliquot horas, deinde diſtillatio in Alembico, poſtremò cohobetur diſtillatio bis vel ter cum recentibus *Nicot. Scill.* & *Nuc. Moſch.* recenter maceratis.

Minima ferè quantitas ſufficit ad Doſin, ſed, ſecundùm patientem,

patientem, possit dulcorari Sacch. purissimo.

Aphoris. 28.

Epithemata non astringentia, nec repellentia, sed ad proprium cordis calorem moderata, cor foventia, non rejicienda. Inter hujusmodi Epithemata, valet & hoc;

℞. *Aqu. Bugloss.*
Acetos. an ℥ v.
Santalor. purp. ℈ iv.
Cort. Aurant. ℈ ij.
Croc. ℈ ß.
F. Epithema pro Corde.

Aphoris. 29.

Non negligendum est interim, cùm Epithemata applicantur, ut corroborans aliquod medicamentum detur. Quale est sequens,

℞. *Syrup. Acetos. simpl.*
De succ. Ribium. an. ℥ ij.
Syrup. Iafus. Caryoph. ℥ i ß.
Aqu. Torment.
Veronic.
Card. Benedict. an. ℥ ij.
Spir. Vitrioli ℈ j.
M. pro Dos. 4.

Commendatur hic Syrupus corroborans: *viz.*

℞. *Syrup. de succ. Acetos.*
Limonum,
Acetosit. Citr.
Acetos.

Rub.

Rub. Id. an. ℥ j.
Succ. violar. purp.
Rob. Rib.
Berber.
Oxyſacchar.
Jul. Roſac.
Violac.
Miv. Cidon. an. ℥ vj.
Man. Chriſt. perl. ℥ x.
Cort. citr. condit. & minut. inciſ. ℥ ß.
Aqu. Endiv.
Cinnam. tenuioris an q. ſ. ad aromatiſandum. Miſce. Melius eſt, ſi ſpir. Vitrioli aliquot guttæ addantur: cùm putredinem ſiſtit.

Aphoriſ. 30.

Si Veſicantia omninò applicari debeant, quod nec affirmo, nec nego; cùm imminuta ſit materia venenata, id fieri oportet.

Aphoriſ. 31.

Hæc jam non de peſte diximus, nec de febre peſtem conſequenti, Symptomatis more, ſed de febre peſtilenti propriè dictâ, etiam ſine peſte exiſtenti.

Aphoriſ. 32.

Febres peſtilentes ſæpiùs peſtem conſequuntur, neceſſe eſt ergò ſpecifica aliqua adhibere, præſervationis gratiâ, nè febris illa confeſtim in nos irruat; peſtis loco, cùm ceſſaverit illa; aut peſtis iterùm graſſetur, morborum peſtilentium diutinâ commoratione.

Aphoriſ. 33.

Medicamenta Galenicorum præſervantia ſunt minùs, ut dicunt, periculoſa; certè propter terreſtrem ſuam naturam, quæ Cœlo humano non affinis eſt: At Chymicorum Arcana illa, ut altè pronunciant, ſunt ſuaviſſimè fortiora, ſi rectè ſcil. præparata; ſin minùs, nihil ſanè eſt illis pernicioſius. Adjungamus quælibet ex utriſque, ut pro libitu ſuo quiſque ſeligat.

Diaſcordium

Diascordium Cornelii Gemmæ.

℞. *Scordii recens collecti, & in umbrâ siccati,* ℥ x.
Dictamn. Cret.
Summit. absinth. Pont,
Epithymi Cret. an. ℥ ß,
Flor. Ros. Damasc.
Calendul.
Bugloss. Ital. an. ℥ ij.
Sem. Plantag. ℈ ij.
Melonum excort. & incis.
Cucum. excort.
Cucurb. excort. an. ℥ ß.
C. C. ust. præp. ℥ iij.
Rad. Gentian.
Angelic.
Zedoar.
Dictamn. alb. an. ℈ v.
Nuc. Mosch.
Mac.
Croci orient.
Piper. alb.
Cinamomi,
Corallin. an. ℥ j.
Rhabarb.
Lign. Al. opt.
Rhod.
Asæ dulc.
Bol. arm.
Mastich. an. ℈ iij.
Camph. ℈ ij. ß.
Cardamom.

Spic.

Spic. Ind.
Santall. alb.
Cort. Citr.
Raſ. Eboris, an. ℈ iij. ß.
Oſs. de cord. Cerv.
Moſch. an. ℈ j.

Subtiliſſimè levigentur cum Sacchari albiſſimi, in aqua Roſ. ac Vino Cretico deſpumati, q. ſ. & coquantur ad Electuarium; ſub finem coctionis, adde

Extract. rad. Tormentill.
Veronic.
Sarſ. parill. an. ℥ j.
Juniperini, ℥ ij.
Ol. Calchantini rectific. ℥ß.
Citri, ℈ j.
F. Opiata.

Acetum Bezoarticum Ejuſd.

℞. *Acet. Vin. opt. Florib. Caryoph. hortenſ. immacerati*,
Vini alb. an. part. iij.
Succ. ſol. Acetoſ. expreſs. ac depurat.
Scabioſ. aut Galeg. an. part. j.

Diſtillentur ſimul multo circuitu. Electuarium exhibeatur cum hoc aceto Bezoardico.

Suffumigium frigidum æſtati conveniens.

℞. *Santal. rubr.*
Citrini,
Roſar. rubr.
Fol. Myrth.
Cort. Granat.
Caryophyll.
Croci,

Coret.

Cort. citri,
Caphuræ, an. ℈ j.
Masch. dissolut. aqu. rosar. gr. v.
Ladan. ℈ß.
Terebinthinæ lot. in aqu. rosar. ʒ ß.
F. *Trochisci. pro sumis.*

Suffumigium calidum hyemi aptius.

℞. *Ladani,*
Sandaracæ, an. ʒß.
Terebinth.
Mastich.
Oliban. an. ʒ ij.
Caryophill.
Mac.
Croci,
Gran. tinctorum, an. ʒß.
Gall. Mosch.
Asari,
Cyperi,
Been. alb. & rubr.
Calam. arom.
Cort. Citr. an. ʒ j.
Cum Pistillo calido fiant trochisci.

Pulvis in Vestes inspergenda.

℞. *Rosar. rubr.*
Violar. an. ʒ j.
Cort. Citr.
Myrt.
Xyloaloes,
Santal.
Citrin. an. ʒ j.
Caphuræ,

Ambræ,

Ambræ, an. ℈ß.
Mosch.
Been. an. gr. v.
F. *Pulv. cui addatur Aqu. Ros. q. s. quâ vestes irrorentur.*

Electuarium præservativum.

℞. *Boli Arm. præp.* ℥ß.
Cinam. ℥ iij.
Dictamn. alb.
Rad. Angelic.
Gentian.
Tormentil. an. ℥ ij.
Rad. Zedoar.
Ros. rubr.
Santal. omn.
Corn. Cerv.
Fol. Scabios.
Flor. Bugloss. an. ℥ j.
Bacc. Junip.
Nuc. Mosch.
Oss. Cord. Cerv. an. ℥ß.
Perl. præp. ℈ ij.
Saphyr.
Granat. præp.
Aur. foliati, an. ℈ ij.

Pulverisentur, & cum Syrupo Aceti, F. Electuarium, *s. a.* sumãtur ℈ ij. manè je juno stomacho.

Pillulæ præservativæ.

℞. *Aloes*, ℥ j. ß.
Gum. Arm. ℈ j.
Myrrh. ℈ß.

Pill.

Pill. de Agarico, ℈ ij.

Cum Syrup. Cort. Aurant. fiant Pillulæ. Sumatur ʒ ß. *manè, jejuno stomacho.*

Michaël Savanarola, lib. de febr. pestif. Electuarium hoc instituit.

℞. *Diaboraginati,*
Diabuglossati, an. ʒ j.
Sacchari, Ros. ʒij.
Trochisc. de Terr. sig.
Sp. Triasant. an. ʒj.
Elect. de Gem. ʒ ij.
Bol. arm. ʒ iij.

Misce, & cum Julep violato q. s. reducantur in modum Electuarii.

Hebræus quidam, Savanarolâ referente, pulvere hoc sequenti mirabilia facere videbatur:

℞. *Cinamom.* ʒß.
Zedoariæ ʒ ij.
Bol. arm. ʒ vj.
Sem. acetos.
Citri, an. ʒ iij.
Rad. Dictamni,
Tormentillæ,
Limatur. Eboris, an. ʒj. ß.
Oss. de Cord. cerv. ʒ j.
Fragm. Smaragdi,
Rubini,
Granati,
Saphyri, an. ℈ j.

Fiat pulvis subtilissimus, & cum Conserv. Zacchari buglossati totum reducatur in formam Electuarii, & detur quotidie

quotidie ℥ ij. maximè tempore frigido; tempore calido, ℥ j. ß. & postea detur aquæ Cichoreæ ℥ ij. Confectio cum Saccharo ex ipsa fieri potest, & dari, ut suprà dictum est.

Addamus unum atque alterum Electuarium, quæ procul dubiò inter Galenicos usui erunt.

Electuarium præservans.

℞. *Conserv. Scordii,*
Galeg.
Rut.
Scabios.
Tormentil.
Acetos.
Acetosell.
Rosar.
Flor. Calendul. an. ℥ ij.
Rad. Pimpinell. condit.
Helenii condit.
Scorzoneræ condit. an. ℥ ß.
Bol. Arm.
Terr. Sig. an. ℥ ij.
Rad. Bistort.
Succis.
Angelic.
Zedoar. an. ℥ ij.
Cort. Citr. condit. ℥ j.
Theriac. opt.
Mithridat. an. ℥ vj.

Cum Syrupo de Succo Citr. Scord. Galeg. an. q. s. F. Electuarium.

Aliud Nostrum.

℞. *Rad. Angelic.*
Absinth.
Tormentil. aa. ℥ j.
Fol. Rut. ℥ iij.
Corn. Cerv. in salem fixum calcin. ℥ ij.
Rasur. Eboris probè calcin. ℥ ij.
Corall. rubr. aqu. Scord. præp. ℥ ij.
Margarit. in spir. salis acerrimo q. s.
Dissolut. ℥ j
Lap. Bezoar. ver. ℥ j.

Conterantur simul, & pulverisentur pulverisanda, cum Aqu. Angelic. bene rectific. Misceantur, & macerentur in calido per diem, vitro concluso.

Dein cum additione.

℞ *Confect. Alcherm.* ℥ j. ß
Ol. Cinam. gut. vij.
F. Electuarium s. a.

Hactenùs Galenica; liceat jam pauca è Chymicis inferere, quamvis prolixè satis de his, quasi in bivio, tractare ausus sum.

℞. *Rad. Angelic.*
Carlin.
Gentian.
Tormentil.
Zedoar.
Genitalis Cervini, aa. ℥ ij.
Santal. omn. aa. ℥ j.

Theriac.

Theriac. opt.
Mithridat. an. ℥ iij.
Caphuræ ℈ ij.
Mosch. ℈ j.
Vin. opt. distil. lb. iij.

Macerentur, deinde distillentur. Sumantur gut. ij. cum pane albo manè. Putredini & veneno resistit.

Est & Aqua quædam in Germania satis cognita, ut dicitur ab illustri illo Autore libri Anglicè scripti, nomine *Artis Distillandi, viz. D. Joanne French*, quæ hoc modo distillatur:

℞. *Rad. Lappæ majoris, recent.*
Hirundinariæ, recent.
Cort. med. radicis Fraxini, an. lb. ij.

Minutissimè concisa, infundantur hor. 24. in vin. alb. opt. & Acet. Rutac. an lb. v. Dein distillentur in B. ad exsiccationem. Huic aquæ addas,

Spir. Sulp. per Campan. q. s. ad dandum saporem acidum & placidum.

Camphor. minutissimè incis. ℈ j. ß. pro unaquaque lb. j. Aquæ, in quâ pendeat Camphora loculo inclusa.

Est mirè sudorifera, si sumantur ℥ ij. vel iij. & Patiens in sudorem seipsum componat. Aliam etiam commendat Aquam, *viz.*

Acetum Theriacale.

℞. *Rad. Bistort.*
Gentian.
Angelic.
Tormentil.

Pimpinell. an. ℥ x.
Bacc. laur.
Bac. Junip. an. ℥ j.
Nuc. Mosch. ℥ v.
Rasur. Sussafr. ℥ ij.
Zedoar. ℥ ß.
Santal. alb. ℥ iij.
Fol. Rut.
Absinth.
Scordii. an. m. ß.
Flor. Parietis.
Buglos. an. m. j. ß.
Theriac. Androm.
Mithridat. an. ℥ vj.

Infundantur omnia acet. vin. alb. ops. lb. iij. per dies 8. in frigido, in vitris; dein in B. distillentur. Præservat non infectos, si quotidie sumant cochlearia ij. vel iij.

Hoc sequens mihi in usu est, cum adversus multos corporis affectus, quàm febrim Pestilentem.

Sulphuris Essentia Balsamica.

℞. Sulphuris Vivi, q. l. pulverisetur subtilissimè, dein in aquâ fontanâ lævigetur super marmore; levigatum dissolvas spiritu salis optimo, & acidissimo, non communi, sed proprio quodam, hoc modo; Ponatur spiritus salis in cucurbitâ, cui imponatur pulvis subtilis Sulphureus, tum clausâ cucurbitâ, calore moderato fiat extractio per diem totum, inde fiat nova extractio super fæcibus sulphuris cum recenti spiritu, donec tota fit extractio.

extractio. Omne quod extractum spiritu obtricatur formâ calcis per evaporationem spiritus. Calcem istam sulphuream reverbera usque ad rubedinem: Postremò, extrahatur Tinctura cum spiritu Vini summè rectificato, & digere donec essentia, Olei instar, separetur à spiritu, & in fundo remaneat.

Præservat Corpus ab omni putredine & pestilentibus febribus.

Aphoris. 34.

Sulphur, ob aurum suum occultum, quod in se continet, excellentissimam quandam proprietatem obtinet. Præcipuè putredinem arcet, si non etiam veneno fortissimo resistit, quod sanè credo; Et nobilissimum quid in naturâ affirmo: Ex quo, extrahendi medicamentum lapide ipso Philosophico non inferius possibilitatem videre non pudebit: Cùm in Microcosmo vidi, & in Macrocosmo me visurum esse spero. Nihilominus conabor, ut, quod vidi, in Celsissimi gloriam evadat.

LIB. III.

Aphoris. 1.

PEstis, vel potiùs venenum illud pestilens, terribile, cùm primùm invadit corpus, in Hypochondrio se figit, ut apparet ex Horrore illo quem concipit & quo terribiliter detinetur patiens.

Aphoris. 2.

Nec mirum videatur, quòd Hypochondrium pro sede primâ veneni pestilentis à nobis assignatur. Cùm ita se res habet in Melancholiâ Hypochondriacâ; Quæ excitatur à terrestriori quodam & adusto, vel potiùs corrupto humore.

Aphoris. 3.

Etsi ab externo proveniat venenum, non tamen impossibile

sibile est, vel saltem incredibile, ut Hypochondrium petat venenum nostrum, cùm terror quilibet externus easdem partes ferire possit.

Aphoris. 4.

Venenum per respirationem haustum, facilè ad Hypochondriacas partes se refert, cùm distenditur tota media corporis cavitas, & maxima pars infimæ, ubi sensim aëris frigiditate recreantur partes, ità ut statim transeat ad Hypochondrium, ad imaginem terroris incutiendam: Quamvis non agnosco hanc solam esse invasionis viam, cùm eodem tempore externè Hypochondrio se applicet.

Aphoris. 5.

Venenum pluribus modis hominem corripiens citiùs interficit, quàm cùm singulari quâdam viâ vim exercet.

Aphoris. 6.

Pestem adesse significat distensio Hypochondriaca, venenum, scil. turgens & sese exerens distendit partem & dolore afficit.

Aphoris. 7.

Proximæ partes, quæ subjacent Hypochondrio, citissimè vexantur, quia venenum jam sese extendit, & necessariò, in astantia.

Aphoris. 8.

Hypochondria duo, scil. dextrum & sinistrum, sunt partes laterales utrinq; nothis costis subjectæ, & hepati & Lieni superjacentes.

Aphoris. 9.

Cùm in sinistro Hypochondrio figitur materia venenata, citiùs inficitur cordis ventriculus sinister, ubi spiritus puriores generantur, & manet fons vitæ, non tantùm per vasa, sed propter citissimum partium consensum.

Aphoris. 10.

Consequitur dolor interdum costarum & Thoracis, quasi adesset Pleuritis, propter vicinam Hypochondriorum.

Aphoris. 11.

Pleuritis sæpe in peste correptis contingit, cùm vel venenum

nenum pleuram illam, membranam scil. intrinsecùs costas succingentem, accendit; vel sit superaddita sanguinis, sive boni mediocrem crassitudinem habentis, sive mali, affluentia.

Aphoris. 12.

Spiritus pestilens venenosus si magis in dextro sit Hypochondrio, per venas Lacteas vergit in Hepar.

Aphoris. 13.

Venæ illæ Lacteæ, sunt idonea ad propagandum hoc Venenum instrumenta; Propter situm suum in infimo ventre, ubi sæpius pinguedo adstat, unde putredo extra vasa forsan incipiatur; Propter insertionem suam in tertio hepatis lobo, quod ipse vidi, circa quem lobum locatur vesicula fellea, cujus excrementum biliosum, veneno semel tinctum, flammam febrilem accendere potest; Denique propter infinitum suum numerum; Nam dispergunter per Jecur, intestina, Mesenterium, & Pancreas, unde semel & simul labes promulgari possit.

Aphoris. 14.

Interdum in ægrotis planè putrefit sanguis; si non antea correptus fuerit, jam tamen corrumpatur necesse est, veneno in Hepar irrepente unà cum chylo per lacteas venas. Ut enim ibi fit sanguificatio, facilè fit etiam venenosa putrefactio; Quia chylus veneno infectus, ab Hepatis vi sanguificâ rectificari non potest; quin corruptum, immò venenosum exinde producatur effectum, sanguis scil. venenosus ac pestilens, in totum corpus statim demigraturus.

Aphoris. 15.

Unde fieri non potest, quin calor præternaturalis generetur, immò febris illa pestilens, *viz.* quæ pestem comitatur; Cùm jam proculdubiò omnes humores incendentur; immò cœlum ipsum humanum, seu spiritualis ille calor, dum veneno & insurrectioni huic in corpore resistere conatur, majorem etiam præternaturalem flammam concipiet.

Aphoris. 16.

In partibus corporis internis præcipuè furit calor iste ab igne venenoso excitatus, cùm interim nulla caliditas insignis in externis appareat. Quod fit propter fugam caloris ab externis, & quasi congressum totius cœli humani ad interna defendenda, ubi majus imminet periculum. Ibi est, quasi, sedes belli hujus pestilentis in sanguinem præcipuè intra vasa grassantis.

Aphoris. 17.

Congressus iste caloris internus, subitò ob invasionem veneni subitaneam causatus, inprimis horrorem frigidum insignem producit, scil. primâ pestis irruptione in corpus.

Aphoris. 18.

Ab Hepatis infectione in peste sequitur Δυσκρασία; sæpe Hepatis inflammatio, ubi generatur Tumor, seu Erysipelas Phlegmonosum, seu Oedema, vel similes tumores, in gibbosa scil. Epatis parte producti. Sæpè etiam exinde obstructio Hepatis oriri potest, ejusq; Symptomata; vasis à putrefactis humoribus obstructis. Aliquando forsan producatur Icteritia à veneno scil. pestilenti, vesiculam fellis aliquomodo afficiente,

Aphoris. 19.

Lien sæpè in peste principaliter afficitur, cùm sit sinistro Hypochondrio subjectus, ubi Venenum sub terroris imagine primum transfigitur.

Aphoris. 20.

Splene affecto, apparent vehementiores Hypochondriaci affectus; calor scil. istarum partium præternaturalis & sensibilis, dolores pungentes, præcipuè cùm respiratur, constrictio & ariditas Hypochondriorum notabilis: Omnibus his à veneno productis.

Aphoris. 21.

Venenum in liene ita turget, ut sæpiùs, si non principaliter, tamen consensu, Hepar afficiatur: Cùm è regione Hepatis situs sit lien. Hoc verò fit in aliis citiùs, splene ali-

aliquando in altiori, interdum humiliori sede posito, unde vel propior, vel remotior à Jecore.

Aphoris. 22.

Ipsa splenis substantia sæpe putrefit, veneno causante; quoniam πορίγχυμα suum, instar crassi, nigri, & concreti sanguinis, putredini maximè adaptum.

Aphoris. 23.

Periculosum est, Linem esse venenatum, & mali ominis, propter vasa, quæ habet, omni genere: Ramus splenicus à Vena Portæ ad lienem missus, in innumeros surculos extenditur, præsertim in duas superiores, gastricam minorem, & majorem ad ventriculum ascendentes; & ramum supernum, & infernum; quorum, ille generat Vas breve, ramulosque alios in splenem delatos: Hic gignit venas duas, Epiploidem scil. sinistram, & Gastro-epiploidem sinistram, Omenti & Ventriculi gratiâ. Quare quicquid lieni per vasa hæc affertur, necesse est corrumpatur à veneno. Addito, quòd Arterias magnas habet multásque à Cœliacæ ramo: Unde fit, ut non solùm non mutetur sanguis, nec præparetur acidus iste succus cum sanguine arterioso ad se delatus, sed planè putrefiat. Quod si ita se habet, quid deinde sequitur? Non chyli, sanguinisque fermentatio conveniens, sed venenosa tantùm concoctio, in totius corporis subitaneum detrimentum.

Aphoris. 24.

Acida illa & terrestrior pars sanguinis, quam vocant melancholiam, & quam lien capit, ut vesicula fellis continet bilem, multa periculosa symptomata, si tantùm abundat, quamvis non qualitate peccat, generare valet: Et certè, veneno infecta, immo agitata, plus potest.

Aphoris. 25.

Unde fit, ut sæpiùs pestem comitetur periculosa lienis obstructio, humorum serosorum & terrestrium putridam & cordi perniciosam glomerationem generans, quæ pestem etiam valde promovet, i. e. venenum pestilens, ob vicinian receptaculi sui, nempe Hypochondrii.

Aphoris.

Aphoriſ. 26.

Interdum proprius lienis ſanguis à ſpiritu noſtro venenoſo incenditur, præcipuè ſi ſanguis iſte ſit in exceſſu: Atque ita inflammatur lien, diverſa peſti ſuperaddens ſymptomata.

Aphoriſ. 27.

Si venenum ſit copioſius, ſplenem & membranas ejus, rapidâ ſua violentiâ extendit, præſertim ſi aliquâ ſplenis obſtructione impediatur curſus. Lien enim ſæpiùs humoribus flatuoſis diſtenditur, & patiens dolore magno afficitur.

Aphoriſ. 28.

Melancholiam illam Hypochondriacam ſæpiùs eſſe Peſtis ſymptoma, facilè colligitur ex ſupradictis.

Aphoriſ. 29.

Ex Liene, ut & aliis modis, per vas breve, & alia vicina vaſa, uſque in Ventriculum irrumpit venenum.

Aphoriſ. 30.

Aptus eſt ventriculus ad ulteriùs propagandum venenum noſtrum; cùm ſitus in Epigaſtrio, parti principali ſcil. Epati vicinus eſt, cui poſſit venenum & infectionem per conſenſum, ut & per vaſa, Ramum ſcil. Pyloricum, gaſtricum, gaſtroëpiploidem ſiniſtram & dextram: Sed facilius chylo corrupto, & veneno tincto contagium communicare poſſit unà cum chylo in tenuia inteſtina; ubi venenum & chylus, ſeu potiùs tenuior chyli venenati pars à venis lacteis per inteſtina diſperſis accipitur, & ab iis in Epar rapidè volat.

Aphoriſ. 31.

Signum eſt ventriculi veneno infecti, cùm ſit morſus oris ventriculi, qui facilè ab Ægro ipſo ſentitur. Siniſtrum ſcil. Orificium citò afficitur, ob exquiſitiſſimum ſui ſenſum, præſertim cùm venenum rapidiſſimum ſeſe intra ventriculum exagitat, dolores acres pungenti ſuâ vi ſemper excitans.

Aphoriſ. 32.

Venenum ventriculum ita deperdit, ut ſuctionem non percipiat,

percipiat, ergò inappetentia sequitur, viribus stomachi planè dejectis.

Aphoris. 33.

Ventriculo à veneno corrupto, sequitur Nausea, & vomitus. Contrahuntur fibræ inferiores, relaxantur superiores, & ejicitur humor quisque maximè putridus; at frustrà, venenum rariùs à naturâ deturbatur.

Aphoris. 34.

Nausea frequentior cum febre tepidâ est certò pestilentialis, presertim si communicatur multis.

Aphoris. 35.

Natura plus irritatur ab uno humore quàm ab alio secundùm majorem aut minorem putredinem, sed maximè irritatur à putredine venenosâ; Ergò in peste vomitus frequentior.

Aphoris. 36.

Nec hic sistit veneni furor, pulmones facilè inficiuntur; Qui ad pectoris vel thoracis cavitatem corrumpendam, semel infecti conveniunt.

Aphoris. 37.

Substantia pulmonum levis molliſque, laxa, rara, & spongiosa, citiùs à veneno rapido penetratur & putrefit.

Aphoris. 38.

Pulmonibus à veneno corruptis & venenatis, Trachea Arteria non difficulter corrumpitur, aëre icil. iterum exspirato.

Aphoris. 39.

Cùm humores à veneno putrefacti sunt, pulmones vel Trachea Arteria facilè obstruuntur; unde generatur Asthma. Et vidi peste correptum, etiam fieri Asthmaticum.

Aphoris. 40.

Non rarò Peripneumonia pesti supervenit, symptoma pernicioſum propter respirationis defectum. Hoc fit ab incendio pulmonibus à venenoso igne excitato.

Aphoris.

Aphoris. 41.

Vix ab Empyemate sunt liberi, quia non rarò in Thoracis cavitate conglomerantur putrefacti, venenosi, & pernicioſi humores.

Aphoris. 42.

Duo sunt vix separabilia pestis symptomata, *viz.* Respiratio difficilis & magna, propter obstructionem, & dolorem partium spirabilium vehementem.

Aphoris. 43.

Aër exspiratus est mali odoris, graviter fætens; à pulmonibus putrefactis, vel stomachi putredine.

Aphoris. 44.

Caput totum plerumque afficitur, in singulis suis partibus.

Aphoris. 45.

Venenum, cùm venam cavam occupat, non difficulter in caput ipsum e jusdem ramis ruit.

Aphoris. 46.

Membranas, Duram matrem scil. vel perieranium affligens, Cephalalgiam vel saltem Hemicraniam producit. Et certa sunt signa.

Aphoris. 47.

Interdum verò Cephalalgia causatur à vaporibus venenatis ex orificio stomachi evaporantibus.

Aphoris. 48.

Spiritu venenoso Arterias illas cerebrum moventes copiosius pungens, motum illum exasperat, & inordinatè promovet: Unde instigatio talis spirituum animalium, ut in rabiem procedat.

Aphoris. 49.

Substantiâ ipsâ Cerebri infectâ, sequitur phrenitis, vel saltem insania; & quò venenum ferocius, eò cerebri motus velocior, & exinde æger iracundior, rapidior, audacior.

Aphoris. 50.

Hæc vix fieri possunt sine multis vigiliis, cùm patiens somnum propter furorem vel inquietudinem non admittit.

Aphoris.

Aphoris. 51.

Si venenum ad cerebrum accedit hebetius, vel patiens ante morbum frigidis & viscosis humoribus vexabatur, sequitur inde potiùs mentis stupor & somnus profundus, quàm rabies.

Aphoris. 52.

Nervi veneno sæpiùs inficiuntur, cujus acrimoniâ seu malignitate convelluntur: unde spasmus, seu convulsio in peste notabilis.

Aphoris. 53.

Interdum Pestis, Oculorum & Aurium inflammationem, in signa protrudit.

Aphoris. 54.

Pericardium non rarò corrumpitur, veneno per venas parvas, quas habet [infra] à Phrenicis, & [supra] ab axillari, ut & per arterias facilè attracto.

Aphoris. 55.

Pericardio putrefacto, cor citò inquinatur, cùm in eo contentum sit, & in motu perpetuo tangat.

Aphoris. 56.

Unde etiam serosus ille humor in pericardiis contentus putrefit, cor ergò non uno tantùm modo injuriâ afficiens.

Aphoris. 57.

Cor necessariò exsiccatur & calefit, humore illo ab igne venenoso tincto & putrefacto.

Aphoris. 58.

Sed Hei mihi! quòd dicam, Cor non tantùm obsidione patitur, sed inimicum sibi venenum illud rapidum introadmittere cogitur, vel in vasa, vel in substantiam ipsam.

Aphoris. 59.

Sanguis jam ab Epatis infectione venenatus ab Epate per venam cavam in cor defertur, sic fit cordis infectio.

Aphoris. 60.

In Diastole, sanguis venenatus copiosè in dextrum ventriculum

ventriculum receptus, alterationem generat in pulsificâ cordis facultate.

Aphoris. 61.

Eò, quò ferocius venenum in Diastole impellitur, velocior fit Systole ad expellendum.

Aphoris. 62.

Hinc pulmones possunt infici, à sanguine scil. jam venenato, quem ventriculus cordis dexter ad pulmones, in nutrimentum protrudit.

Aphoris. 63.

Cùm sanguis in diastole per arteriam venosam in sinistrum cordis ventriculum vergit, intrat & venenum.

Aphoris. 64.

In iis, in quibus copiosior sanguis per Diastolen hauritur, attrahitur & venenum copiosius.

Aphoris. 65.

Veneno in sinistrum ventriculum attracto, statim mors sequitur, cùm ultimum est hoc cœli humani refugium: Et jam inflammatur Cor, & avolat anima.

Aphoris. 66.

Signum cordis infecti est palpitatio ejus violenta. Quò fortius venenum, eò palpitatio violentior.

Aphoris. 67.

Insignis accidit & Syncope, à subitâ caloris naturalis debilitatione. Calor enim maximè dejicitur veneni violentiâ.

Aphoris. 68.

Si sanguis antea fuit nimis frigidus, & terrestris, pejor & perniciosior est Syncope.

Aphoris. 69.

Plerumque animalis facultas in consensum trahitur, unde per Deliria, Vigilias, Somnum interdum profundum, Inquietudinem, Mentis stuporem, memoriam deperditam, (ut in peste Atticâ accidisse refert Thucydides,) oculos luminis impatientes, aurium tinnitum & surditatem, tremores, convulsiones, & symptomata similia, pestem adesse dijudicare possis.

Aphoris.

Aphoris. 70.

In Peste, vitalem facultatem læsam esse discernamus, per pulsuum alterationem, magnam & subitam virium imbecillitatem, Syncopen frequentem, spirationem magnam, in quâ thorax plurimùm attollitur.

Aphoris. 71.

Cùm materia confluit ad ventriculum & à malignitate venenosâ virtus naturalis ferè extinguitur, ventriculus valde labefactatur; Quod judicandum est ab inappetentia, vel pravo appetitu, Nauseâ, vomitu, & malis similibus.

Aphoris. 72.

Magna colliquatio non rarò in peste fit propter summam veneni subtilitatem, unde sudores copiosi.

Aphoris. 73.

Propter magnam putrefactionem, sanguis & humores fiunt fœtidi, & exinde fœtidi sudores.

Aphoris. 74.

Sudores in peste sæpiùs sunt superflui, intempestivi, & frigidi, propter naturæ imbecillitatem & calorem nativum paucum.

Aphoris. 75.

Signa pestis, secundùm plurimum, sunt, citrinitas faciei, oculorum, amaritudo percepta, sitis vehemens, linguæ siccitas & plerumq; nigredo, sputum sanguinis, Tussis & similia fatalia.

Aphoris. 76.

Urina nonnunquam naturalis est, significans venenum non occupare partes naturales, *i. e.* naturali facultati destinatas, sed potiùs vitales, quòd sanè pernicioſius.

Aphoris. 77.

Interdum videre est urinam aquosam, id est, non habentem debitam substantiam, à veneni subtilitate humores rarefacientes, vel angustiâ renum.

Aphoris. 78.

Est Urina cholerica, melancholica, vel Phlegmatica; aliquando ruffa vel subrea spissa secundùm dominium humoris

moris in corpore: aliquando livens manifestè, & præsertim in superficie à læsione spiritualium, aliquando sub jugalis, & quasi ut plurimum.

Aphoris. 79.

Urina sub jugalis ut plurimùm est mortalis.

Aphoris. 80.

Urina spissa in pestilentiâ est mala, & hæc est urina sub jugalis.

Aphoris. 81.

Urina nigra est mortale signum pestis, à summâ putredine orta.

Aphoris. 82.

Interdum est fœtida, ob maximam corruptionem & putredinem.

Aphoris. 83.

Interdum Oleaginosa est, humorum viscositatem significans.

Aphoris. 48.

Naturâ planè quiescente, nec cum morbo pugnante, nulla urinæ mutatio accidit. Nimis enim labefactatur, & coctionem non aggreditur.

Aphoris. 85.

Vix certum signum ex urinâ in peste peti potest, ob morborum multiplicationem, & ipsius Urinæ varietatem.

Aphoris. 86.

Quoad egestiones, quicquid è corpore pestilentium secernitur, fœtidum est, vehementem significans putrefactionem.

Aphoris. 87.

Pravæ omnino sunt Egestiones, & malè coloratæ, interdum per crisin, interdum per colliquationem excretæ.

Aphoris. 88.

Est lenis illorum egestio, propter debilitatem caloris naturalis, & dominium calidi adventitii pestilentialis.

Aphorism.

Aphoris. 89.

Spumosa sunt interdum excrementa, ob ventositates motas, quæ ob debilitatem naturæ non resolvuntur.

Aphoris. 90.

Aliquando in excretis apparent exigua glutinosa quædam, modò albi, modò crocei, modò viridis coloris, fœtida, & corpulenta. Quod fit à σαπηξει partium & colliquatione in peste familiari.

Aphoris. 91.

In excretis interdum aliquid unctuositatis apparet. Quia calor naturalis non potest liquefacere pinguedinem.

Aphoris. 92.

Pulsus frequens est & parvus, propter necessitatem cui non potest satisfacere virtus vitalis cum magnitudine.

Aphoris. 93.

Vehemens est, ut plurimum, in nocte, non in magnitudine, sed frequentiâ: Sole declinante, magis vexatur patiens, quia solis calor corpori & calori ejus amicus est.

Aphoris. 94.

Interdum naturalis est pulsus, cùm cor, pulsificæ facultatis sedes, nondum turbatur.

Aphoris. 95.

Dum pugna inter venenum & cœlum nostrum manet, interdum pulsus sunt magni & celeres, mox obscuri & intercidentes. Cùm verò cor expugnatur, & venenum intra vasa ejus jam aditat, statim sunt parvi & languidi: servatur tamen aliqua velocitas, utpote quæ facilior est. Invalescente autem igne venenoso, aboletur velocitas.

Aphoris. 96.

Cœlo humano pugnante, & veneno resistente, extruduntur in externas partes humores venenosi; Inde Exanthemata, bubones, carbunculi, &c.

Aphoris. 97.

Bubones dantur non-pestilentes, ut etiam carbunculi; etsi non reperiantur sine malignitate.

Aphoris. 98.

Non tam gravia symptomata, qualia in peste, bubonibus non-pestilentibus conspiciuntur.

Aphoris. 99.

Carbunculi omnes periculosi sunt; at cùm pestis non grassatur, carbunculi sunt non-pestilentes, etiam sine Contagio.

Aphoris. 100.

In constitutione pestilenti nunquam carbunculus nascitur non pestilens.

Aphoris. 101.

Aliquando apparent pustulæ subalbidæ, i. e. cinericiæ; quandoque subalbidæ & rubeæ; ex materiâ mixtâ; quæ apparent, & cito delitescunt propter defectum caloris naturæ.

Aphoris. 102.

Apparent ulcera interdum ab elevatione vaporum venenosorum.

Aphoris. 103.

Exanthemata sunt quandoque nigra & livida in toto corpore.

Aphoris. 104.

Sant Bubones in inguinibus, vel sub auribus, vel sub axillis.

Aphoris. 105.

In inguinibus sunt putridi venenosi humores à Jecore prodeuntes: Inguina enim sunt emunctoria jecoris. Rarius moriuntur, qui bubones in inguinibus habent.

Aphoris. 106.

Sub auribus, à cerebro proveniunt, rarius sine notabili capitis affectu, & sunt pernicioſi bubones.

Aphoris. 107.

Sub axillis bubones sunt pernicioſissimi, quòd significant cor infectum. Axillæ sunt cordis emunctoria, per quas superfluitates evacuantur.

Aphoris. 108.

Carbunculi sunt tumores à fœculento, putrefacto, & venenato sanguine. Si sunt rubri, deinde subflavi, est bonum

signum;

signum; at si nigri vel lividi, est perniciosum; si symptomata pestis evanescunt, est bonum.

Aphoris. 109.

Multæ cutis fœditates & ulcera apparent in corporibus, quorum alia igni sacro, alia inflammationi, alia serpiginibus, impetiginibus, lepris, scabiei similia.

Aphoris. 110.

Inter Prognostica referamus constantiam appetitus, & mentis spes.

Aphoris. 111.

Omnis Crisis, ut plurimùm est ad mortem. Unde non sunt certæ pronuntiationes salutis, vel mortis.

Aphoris. 112.

Τῶν ὀξέων νοσημάτων οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες, οὔτε τοῦ θανάτου, οὔτε τῆς ὑγείης, est mens Hippocratis; & sanè verum est de peste.

Aphoris. 113.

Si tumores subitò erumpant; & non ad locum perniciosum; & symptomatibus remittentibus; est indicium non malum.

Aphoris. 114.

Si febris accidit, non multæ intensionis, & est pestilentialis cum sævitate accidentium; est magis venenositati vergens, & perniciosior.

Aphoris. 115.

Facies tornatilis, coloris obfusci, cum maculis in ea nigris, est indicium mortis propioris.

Aphoris. 116.

Quò tumores sunt majores, symptomatibus remissis, est majus salutis signum.

Aphoris. 117.

Urina crassa, turbulenta, vel subjugalis in quâ nulla est residentia, neque clarificatio, est malum signum.

Aphoris. 118.

Aquosa perseverans, & fœtida, & nigra, & grossa, mortalis, livida, mala.

Aphoris. 119.

Ejectionibus variis, nigris, fœtidis; symptomatibus reliquis vehementioribus, ægri moriuntur.

Aphoris. 120.

Egestionibus in principio unctuosis & fœtidis, & super illas quasi virus citrinum; mors citò sequitur.

Aphoris. 121.

Carbunculi plures sunt signum malum, sed è contra bubones plures.

Aphoris. 122.

Æger, qui omnia fœtere dixerit, plerumque moritur.

Aphoris. 123.

Vitiis in facultate animali, vitali, vel naturali perseverantibus sine ullâ remissione, est indicium mortale.

Aphoris. 124.

Summa hæc est; Febris cum Anthrace, vel carbunculis, *&c.* certissima est pestis. Cùm statim à principio, *viz.* in prima vel secunda die æger deficit in animali, sensitiva, & motiva; præsertim cùm tornatilitate faciei, pulsu inordinato, urinâ malâ, anhelitu malo & plus solito angustiatur; est pestis. Sed his glomeratis, certè rarò decipieris.

LIB. IV.

Aphoris. 1.

NEcesse est, cura adhibeatur, non tantùm ad liberandum à peste, sed etiam ad custodiendum.

Aphoris. 2.

Nisi sit Dei manus, dicere ausus sim, ut antea à quodam dictum, Fuge citò, longè, tardè revertere.

Aphoris. 3.

Sex res non-naturales, etsi non sunt, nec possunt esse causæ pestis; venenum illud terrestre per illas in corpus sese insinuat.

Aphoris

Aphoris. 4.

Optimum est remedium commutare solum, & in salubre secedere; cùm certè versari circa illa loca, ubi erupit, & sese exagitat venenum, non tutum est.

Aphoris. 5.

Igne multo non corrigendus est Aër, (quoniam Aër non corrumpitur) sed arcendum est venenum.

Aphoris. 6.

Venenum arceri potest, præsertim cordialibus alexipharmacis, vel ustis, vel sparsis secundùm naturam, per cameram habitationis; vel publicè, si magistratui visum est, per civitatum vicos.

Aphoris. 7.

Si ignis construatur, salubrior est, si inurantur folia laur. junip. roris. radices ireos, &c.

Aphoris. 8.

Forsan conveniat, in medio cameræ ponatur vas plenum prunis, super quas pulverisetur unus ex trochiscis sequ.

℞. *Fol. laur. exsicc.*
Thur. elect.
Cortic. ejus, an. ℥ ij.
Mastich.
Sandarac. an. ℥ j. ℈.
Cariophyll. ℥ j.
Lign. Al. ℈ iiij.

Pulverizentur subtiliter. Addantur, gr. iiij. Mosch cum Ladano, & aqu. Melis. F. Trochisci.

Pauperes utantur Thure, & pice, eâdem efficaciâ. Summoperè laudatur sequens pulvis ad suffitum, si manè & vesperi sumatur.

℞. *Bacc. Junip.*
Rut.

Rad. Helenii,
Cort. exter. betulæ,
Sabinæ,
Cornu hirci, an. M. ij.
folior. Querc.
Myrrh. an. ℥ j.
F. *Pulvis.*

Addo alterum;

℞. *Ass. dulc.*
Styr. cal. an. ℥ ij.
Xyloal. ℥ iij.
Ireos, ℥ j. ß.
Ladani, gr. v.
Sacch. ℥ iij.
Cum spir. Vini: F. *Trochisci.*

Aphoris. 9.

Contractio moræ in loquendo, vel stando cum infectis, vel suspectis fugienda, propter ambitum aëris; quam scil. occasionem nactum, venenum inficit modo suo insultatorio.

Aphoris. 10.

Ideò gestetur pomum odoriferum, quale sequitur.

℞. *Charab.* ℥ ij.
Ros. ℥ j.
Corall. rub. ℥ j.
Flor. nenuph. ℥ j. ß.
Bol. arm. ℥ j. ß.
Styr. cal. ℥ j.
Lign. aloes, ℥ ij.
Mastich. ℥ j.
Lad. ℥ ij.
Ras. pin. ℥ j.

Ambr. gr. iij.
Camph. gr. v.

Pulverizanda pulverizentur, &, in mortario, cum pistillo calido informentur poma duo. Portent nobiles in argento deaurato, vel auro puro: mediocres, in ebore.

Pomum ambræ hyberno tempore gestandum.

℞. *Spic. nard.* ℈ j.
Ros. rubr.
Sem. basilic.
Nuc. mosch. an. ℈ ß.
Caryoph. ℈ j.
Cinamom.
Lign. al.
Sant. citr.
Thur. alb. an. ℈ ij.
Styr. calam. ʒ. ß.
Succin. alb. ℈ j.
Ass. dulc. ʒ j. ß.
Ladan. puriß. ʒ j.

Cum aqua Rosarum fiat Pomum ambræ, additione *ambr.* & *mosch.* q. s.

Sed hoc quovis tempore convenire possit;

℞. *Flor. Lavend.* gr. xv.
Ros.
Majoran. an. ℈ j.
Rorism. gr. xv.
Nuc. Mosch.
Cort. Citr. an. ℈ j.
Cinam. inter. ʒ j. ß.
Lign. al. ʒ j. ß.
Santal. citr. ʒ j.

Ladan. purifs. ℥ j. ß.
Styr. calam. ℥ß.
Gall. mosch. vulg.
Alipt. mosch. an. ℥ß.
Sp. Diamosch. dulc.
Diambr. an. ℈ j.

Misceantur cum aqua Rosarum, in qua dissolutum fuit tragacanthum deinde bene incorporentur, fiat massa pomi ambræ, cui adde,

Ass. dulc. ℥ j. ß.
Styrac. liquid. ℥ ij.
Misce.

Aphoris. 11.

Sit panis de simila frumenti electi, non vetusti, non calefacti, non putridi, non vallosi, & hujusmodi non nati in tempore pestis, à pulvere optimè mundificati, & retenti in horreis bene eventatis: Triturati in molendino aquæ liberæ, & non vallosæ, non lacunalis; sitq; panis bene & decenter coctus, bene fermentatus, ac debitè salîtus, & sit unius diei usque ad quatuor aut plus.

Aphoris. 12.

Cibus sit concoctu facilis, non excrementosus, non putredini obnoxius.

Caro
Phasianorum,
Perdicum,
Caponum,
Pullorum,
Turdorum,
Turturum,
Vitulina, &c.

Optimè condita cum Acetosa, saccharo purissimo, & pauxillo aceti. Addi possunt Ova sorbilia, si bene præparantur.

Aphoris. 13.

Sit Jus carnium cum Hordeo confectum, & borragine, bugloſſo, &c.

Aphoris. 14.

Carnes ſunt optimæ ex montanis paſcuis herbarum boni odoris, mediæ inter pinguedinem & maciem, juvenes, non antiquæ.

Aphoris. 15.

Piſces qui reperiuntur ad mœnia civitatum, aut portus, ad quæ loca veniunt ſterquilinia, ut in Thameſi Londinenſi, præſertim hoc tempore; ſunt evitandi, ut pernicioſi.

Aphoris. 16.

Piſces ſaxatiles & ſquamoſi ſunt optimi; conditi cum ſucco Aurantiorum æſtivo, tempore; & Cariophyllis, hyberno.

Aphoris. 17.

Herbæ pro ſalatuciis optimæ ſunt hæ; *viz.*

Acetoſa,
Bugloſſa,
Endivia,
Roſmarin.
Majorana, &c.

Et præcipuè obſervandum, ut locis convenientibus creſcant.

Aphoris. 18.

Optimum ſit condimentum cum enulæ radicibus, & oleo. Etiam Rapa optimè elixa & aſſata, & melior aſſata.

Aphoris. 19.

Pinguedo omnis evitanda eſt, quoniam naũſeam generare poſſit, & eſt putredini obnoxia; ſic & butyrum fugiendum, niſi ab iis qui ad edendum butyrum ſeſe maxime conſueverunt; gradatim effugiant.

Aphoris. 20.

Omne lac & lacticinia, ſi ſumantur, ſit vel ſolùm, vel ante

ante alios cibos ; valde enim obnoxia sunt putredini, alioſque cibos ad putredinem præparant.

Aphoriſ. 21.

Fructus aquoſi in peſte omninò ſunt evitandi, qui putrefactioni nimis apti.

Aphoriſ. 22.

Sapores acetoſi in peſtilentiâ maximè commendantur ; quia putredini & veneno aliquomodo reſiſtunt.

Aphoriſ. 23.

Vinum laudo optimum, tenue, clarum, bene coloratum ; ſi vaſa in quibus ponitur ſint fumo piceo tincta, & moderatè bibatur.

Aphoriſ. 24.

Tempore æſtivo bibatur Aqua hordei, cum Cinnamomo & Cariophyllis decocta, præſertim à calidioribus.

Aphoriſ. 25.

Fames, ſitis, omniſque incontinentia peſtilenti tempore ſunt fugienda.

Aphoriſ. 26.

Sit aqua clara, munda, ex fonte ſcil. aut bono puteo in ſolo arenoſo ſito, vel ex flumine à locis publicis remotiori, facta reſidentia. In hyeme decoquatur, in æſtate non item.

Aphoriſ. 27.

Somnus ſit, ſecundùm morem, mediocris.

Aphoriſ. 28.

Exercitatio quotidiana fiat, uſque ad ſudorem paucum, maximè pro more, cœlo bene puro, manè, longè à cibo, loco non ſuſpecto, non declivi, vaporoſo, aut paluſtri, ſed ſublimi.

Aphoriſ. 29.

Abſit corporis plenitudo, nè humores citiùs in putredinem abeant.

Aphoriſ. 30.

Quotidiè Alvus exoneretur, vel naturâ, vel arte ; nè à retentis inflammatio, immò putredo oriatur.

Aphoriſ.

Aphoris. 31.

Vasa prima singulis hebdomadis, per totam pestem, leniter purgentur.

Aphoris. 32.

Pillulæ Russi pestilentiales maximè laudantur; sed hoc modo componantur:

℞. *Aloes ros.* ℥ ij.
Ammoniac. in gut. ℥ ij.
Myrrh. ℥ j.
Croc. ℥ ß.

Infundantur spir. vini ad tincturam extrahendam; Dein evaporetur Tinctur q. s. ut F. massa pro pillulis.

Consideratis considerandis, sumatur ℥ j. je juno stomacho. Commendant & hoc sequens purgativum:

℞. *Aloes Rosat.* ℥ iij.
Rhabarb. aqu. Cinam. asperf. ℥ j ß.
Agaric. Trochisc. ℥ j.
Myrrh. ℈ ij.
Mastich. ℈ j.
Cum Syr. acetos. citr. F. Pilulæ.
Dos. ℥ j.

Nobilior est adhuc compositio pro corpore purgando, & præservando à putredine,

℞. *Sulphur.* lb. j.
Vitriol. sal. gem. an. ℥ v.
Aloes,
Thuris,
Myrrh. an. ℥ iiij.
Sublimentur flores s. a.

Postea

Postea ℞. *Flor. sublim.* lb. *j.*

Iterum tantum Vitrioli.

Myrrh.
Thuris,
Aloes addatur, & secundâ vice fiat sublimatio; idque quater vel quinquies repetatur. Tandem,

℞. *Flor. horum* ℥ x.
Myrrh.
Croc. an. ℥ j ß.
Aloes ℥ j.

F. Pulvis de quo exhibeatur ℥ j.

Cujus usu, ut dicunt, & credo, 24 horis homines à peste, & pestilentialibus morbis tuti esse possunt, si Deo visum est.

Aphoris. 33.

Raro Venus exercenda est, at interdum exercenda à consuetis, quia semen retentum putredinem promovet.

Aphoris. 34.

Animus sit bene compositus, tranquillus, lætus, *&c.*

Aphoris. 35.

Alterantibus & confortantibus Julepiis utendum est, ad humorum moderationem.

℞. *Betonic.*
Scabios.
Chamædryos,
Cichor.
Calamenth.
Majoran. an. M. j.
Cortic. citr.
Sem. citr. mundat. an. ℥ j.
Zedoar.
Been alb.
Rubr.
Cal. arom.
Stæch. an. ℥ ij.

F. Julep

F. Julep. hoc modo; quotidie aspergantur aquâ frigidâ multâ aspersione, dein omnia ponantur in Alembico; distillentur, & cum ea fiat Julep. ponendo pro lb. aqu. ℥ iiij. Sacchari, acetoseturq; cum acetositate citri, aut succherb. & aromatizetur cum Cariophyl. & Cardamomo.

Aphoris. 36.

Usus constringentium, ut boli, &c. evitandus est: quia evacuationem humorum abundantium & alvi excrementorum obstruunt.

Aphoris. 37.

Phlebotomia, si omninò admittenda sit, jam utenda, plethorâ scil. in corpore existente, & periculum minante; sed non temerè, nè corpus debilitetur, & spiritus dissipentur.

Aphoris. 38.

Allia & Cœpæ sunt cavenda, nisi sint medicamenti loco; facultatem enim quandam habent contra venenum.

Aphoris. 39.

Per fenestras in ædes infectas inspicere periculosum est, imò periculosius forsan quàm introire.

Aphoris. 40.

Nemo in publicum prodeat, antequam sol matutinus vapores caliginosos terræ, &c. discusserit, nisi scil. horâ unâ vel alterâ præteritis post solis ortum.

Aphoris. 41.

Cùm prodeat quisque, tale linimentum in nares habeat, quo inungantur:

℞. *Theriac. opt.*
Mithrid. el. an. ℥ j.
Myrrh.
Benzoes,
Styr. calam.
Ol. distil. rutæ, an. ℈ j.
Ol. distil. angelic.

Camphor.

Camphor. in aqu. bezoartic. dissolut. an. ℈ß.
Ol. amygd. dulc. parùm.
F. *Linimentum.*

Aphoris. 42.

Possit & semel de die aliquid sequentis balsami carpis & cordis regioni illini :

℞. *Pingued. serpentum,*
Ol. rubetarum,
Scorpion. an. ʒß.
Ranar. virida, ʒiij.
Balsam. rut.
Angelic.
Succin. an. ʒß.
Nuc. Mosch. ʒ j.
Citr.
Imperatoriæ,
Salviæ,
Cinamomi,
Caryophyll.
Castor. an. ʒß.
Elixir, propriet. Paracel. ʒ j. Misce.

Est & Linimentum Cordiale à quibusdam laudatum ;

℞. *ungu. de Nymphæ.* ʒ j. ß.
Theriac. Androm.
Mithrid. opt. an. ʒß.
Succ. borr. defæcat. ʒiij.
Ol. macis, ʒ ß.
Croci, ʒ ij.
Sp. cord. temp. pro Epithem. ʒ j.
Misceantur omnia, & F. Linimentum.

Aphoris.

Aphoris. 43.

Si vestes odorabilibus alexipharmacis irrorare velis, possis aquâ sequenti uti:

℞. *Irid. Florent.*
Zedoar.
Spicenard. an. ℥ ij.
Styrac.
Mastich.
Cinam.
Nuc. mosch.
Caryophyl. an. ℥ ß.
Bacc. Junip. ℥ iij.
Ben. alb.
Ambr.
Mosch. an. ℈ j.

Omnia ex vino odorato distillentur.

A. Cl. Sennerto talis aqua instituitur, ad inspergendum, vel vestes, faciem, manus; vel in carbones.

℞. *Aqu. Ros. fragrantis.* lb. j.
Benzoes,
Styr. cal.
Cinamomi,
Mac.
Caryoph.
Coat. Citr. an. ℥ ß.
Camphor. ℥ ß.

Quæ si aliquibus molesta, omitti potest, pro libitu. Coque vase clauso in *B. M.* aliquandiu, postea colatur, & addatur

Zibethi,
Moschi,
Ambræ an. ℈ ß. Serventur in vase clauso ad usum, vel,

℞. *Styr. cal.*
Ligni al. an. ℥ ß. *Ben-*

Benzoes, ℥ ij.
Irid. Florent. ℥ j.
Sacch. ℥ß.

Singula seorsim pulverisentur, misceantur: quibus addas,

Mosch.
Ambr. an. ℥ß.
Zibeth. ℈ j.

Serventur in usum vase clauso.

Aphoris. 44.

Credendum est tamen Alexipharmacis potius, quàm his odoriferis: Quibus Cor præsertim defenditur & corroboratur. Liceat ergò, secundùm usum meum, Galenica cum Chymicis apponere, ut quisque optimum seligat pro libitu; cùm omnia forsan valida.

Galenica Alexipharmaca.

Pulvis præservans, à D. Joan. Nævio Elect. Saxon. Med. Ann. 1566.

℞. *Terr. Arm. Orient. ver. & ter ex aqu. scabios. ablut.* ℥ß.
Rad. Scabios.
Tormentil.
Valerian.
Petasit.
Gentian.
Aristoloch. rotund.
Dict. nostr.
Enul. camp.
Angelic. Brisgoensis, an ℥ xv.
Sol. Dict. Cret.
Scord. Cret. an. ℈ iij.
Card. bened. ℥ j.

Cinam.

Cinam. inter. opt. acut. saporis, ℥ ij. ß.
Cort. mal. citr. ℥ ij.
Sem. ejusd. ex cort. ℥ j. ß.
Acetos. ℥ j.
Succ. ℥ ß.
Cornu Cervi ust. ℈ iiij.
Scob. Ebor. ℥ ß.
Rament. unicorn. veri si haberi poterit, ℥ ß.
Coral. ambor. prep. an. ℈ ij.
Margarit. or. prep. ℥ j.
Santali Lut.
Croc. Or.
Sem. Endiv. an. ℥ ß.
Camph. ℈ j.
Succin. alb. ℈ ij.
Lign. Aloes crud. ℥ ß.
Oß. C. C. ℥ j.
Pastill. ex Caphura ℥ j.

Pulverisentur subtilissimè, & misceantur: mixtis addas,

Sp. Elect. de gem.
Confect. cord. an. ℈ ij.
Fol. aur. pur. subtiles. excis. n°. 7.
Sacchar. puriss. ℥ ij.

Singulis bene commixtis F. Pulvis.

Addam & Electuarium præservans à Collegio toto Med. in Academia Wittebergensi, præscriptum, *Ann.* 1626.

℞. *Conserv. Scord.*
Galeg.
Rut.

Scabios.
Tormentil.
Aceros.
Acetosell.
Rosar.
Flor. Calendulan. ℥ ij.
Rad. Pimpinel. condit.
Helen. condit.
Scorz. cond. an. ℥ß.
Bol. Armen.
Terr. sigil. an ℥ ij.
Rad. Bistort.
Succis.
Angel.
Zedoar. an. ℥ ij.
Cort. citr. cond. ℥ j.
Theriac. optim.
Mithridat. an. ℥ vj.
Cum syrup. de succ. citr.
Scord.
Galeg. an. q. s.
F. Electuarium.

Chymica præservativa.

Oleum illud, olim sacrum, ex Ambrâ albâ præparatum, est præservativum quid in peste, nec non excellentissimum. Ita, secundum Cl. D. *Joan. French*, præparatur:

℞ Ambr. alb. part. ij.
Silic. pulv. calcin. part. j.

Misceantur, & potentur in Retortâ, & distillentur in Arenâ: Oleum pellucidum & album, quod primò in distillando prodit, seorsim servetur. Post distillationem, separetur oleum clarum à fœtido, & rectificetur.

Aqua

Aqua sudorifica præservativa.

℞. *Spir. vin. opt.* lb. viij.
Theriac. Androm. ℥ vi.
Myrrh. ℥ ij.
Rad. Tussilag. ℥ iij.
Sperm. Cæt.
Terr. sig. an. ℥ ß.
Rad. Hirundin. ℥ j.
Dictamn.
Pimpinel.
Rad. Valerian. an. ℥ ij.
Campho. ℥ j.

Misceantur omnia in vase vitreo, stent clausa ad solem per dies octo.

Cochleare unum, vel alterum, sumatur ad provocandum sudorem, bis in Hebdomada. *Weckerus* tale proponit medicamentum, *viz.* aquam præservativam:

℞. *Chelidon. cum radic. lot.* m. ij.
Dictam. Cret.
Card. Benedi. an. M. j.
Zedoar.
Angelic. an. ℥ iij.
Cort. mal. citr.
Limon. an. ℥ ij. ß.
Flor. Tunic.
Rosar. an. ℥ ij.
Cinam. ℥ ij. ß.
Caryophyll. ℥ ij.

Incidenda incidantur, & triduum macerentur in vin. sublim. lb. ij. vin. cret. acet. flor. tunic. an. lb. ß. tandem

lento igne per Balneum distillentur ; cui addas,

Theriac. Alex. ℥ iij.
Mithrid. ℥ j. ß.
Caphur. ℈ ij.
Trochisc. de Vip. ℥ j.
Mac. ℥ j.
Cinam. ℥ iij.
Caryoph. ℥ ij. ß.
Conserv. flor. tunic. ℥ ij.
Card. Bened. ℥ j.
Sp. liber. ℈ v.
Ras. unicorn. ℥ j. ß.

Macerentur in priori distillatione per biduum, & lentissimo igne distillentur bis vel ter per balneum Mariæ, &c. de qua sumantur guttæ quatuor vel quinque manè.

Addam tantùm Aquam Theriacalem Crollii Camphoratam :

℞. *Theriac. Andromach.* ℥ v.
Myrrh. opt. ℥ ij. ß.
Croc. opt. ℥ ß.
Camph. ℥ ij.

Misceantur, & superponatur *Spir. opt. vin.* ℥ v. Stent horis 24. in tepido loco, & dein distillentur in B. gradatim; cohobatio fit ter.

Sumi possit à ℥ j. ad ℥ j. in liquore aliquo appropriativo.

Aphoris. 45.

Cadavera pestè interfectorum sunt quamprimùm terræ mandanda, & quidem in altioribus sepulchris. Thucydide referente,

referente, in peste Atticâ, multis cadaveribus insepultis, ea vel non omnino attigerunt bruta rapacia, vel quæ attigerunt, periêre. Tanta fuit cadaverum contagio venenosa.

Aphoris. 46.

Auferenda sunt stercora & talia; atque loca ipsa, qualia sunt multa, circa Londinum, sunt mundanda.

LIB. V.

Aphoris. 1.

Multùm dissentiunt Medici de curationis modo. At affirmo, methodum vel viam citissimam curandi in peste esse expedientissimam. Est enim morbus celerrimus, qui intra horas triginta hominem corripit & interficit, & maximè ubi latet pestis.

Aphoris. 2.

Necesse videtur methodum illam (liceat dicere) prolixam, percurrere; & dein certam & subitam curationem deponere.

Aphoris. 3.

Si abundat sanguis, incidatur vena, habitâ ratione ad ætatem, vires, tempus anni; &, si vomitus, aut alvi solutio non obstruat.

Aphoris. 4.

Si adest bubo, proxima vena aperiatur; si ad aures, vel in gutture sit bubo, cephalica; si sub alis, media; si in inguinibus, interior malleoli vena; vel exterior, si in coxis.

Aphoris. 5.

Ætate tenellâ, aut corpore imbecilli, Cucurbitulæ natibus applicentur, ad revellendam materiam venenatam à corde.

Aphoris. 6.

Sanguine nigro, major; rubeo, minor quantitas detrahatur pro ratione virium & ætatis.

Aphoris. 7.

Lunâ neglectâ, statim intra horas 24 ab initio morbi vena aperiatur.

Aphoris. 8.

Ante, vel sanguinis missionem, vel cucurbitularum applicationem, per horam dimidiam detur hoc;

℞. *Bol. arm. prep.* ℥ j.
Margarit. nº. iij.
Corall. nº. j.
unicorni, gr. iij.
Omnia pulverisentur, & mixta cum vino, vel aqu. card. bened. sumantur.

Aphoris. 9.

Temperetur Aër odoriferis Alexipharmacis, ut in Præservatione diximus.

Aphoris. 10.

Non inconsultum foret, si removeatur æger à loco infecto, in alium; vel in aliam Cameram. Et in manu teneat Pomum aliquod odoriferum.

Aphoris. 11.

Somnus & quies venenum intrò colligunt; idcircò somnum profundum & quietem multam vitet æger, ita ut vigiliæ sint proliziores somno.

Aphoris. 12.

Si Alvus constringatur, quotidiè vel Suppositorio, vel Clyst. molli, moveatur.

Aphoris. 13.

Omnes immoderatas animi Passiones vitet patiens.

Aphoris. 14.

Cibus sit boni succi, non valdè nutrientis, & facilis coctionis cum acetosis: Cremor Ptisanæ, brodium consummarum, Caro pullorum cum succo limonum.

Aphoris.

Aphoris. 15.

Aqua hordei cum extinctione auri, & syropo acetosæ sit potus; vel potiùs vinum piceatum.

Aphoris. 16.

In initio sit tenuissima victûs quantitas; post cruditatem ventriculi castigam, crassior.

Aphoris. 17.

Tempore consueto cibandum est, si potest fieri; & post coctionem præcedentium.

Aphoris. 18.

Si peccant humores quantitate, vel qualitate, evacuandi sunt per alvum, vel per cutim.

Aphoris. 19.

Humoribus simplicibus peccantibus, cum his purgatur humor peccans: bile scil. offendente, utaris Catholico: Pituitâ, Diaphœnico: Melancholiâ, Confectione Hamech.

Aphoris. 20.

Si mixti sunt peccantes humores, adhibeatur vitrum stibii, si nempe à veneno liberetur; vel Catholicon.

Aphoris. 21.

Sanguinis missione factâ, purgetur corpus post horas 5 vel 6; intra tamen horas 24. vel mane, vel vesperi ante cœnam.

Aphoris. 22.

Venenum purgantibus non ejicitur.

Aphoris. 23.

Per cutim ejiciatur venenum, & si quid remanserit humorum tenuium, qui in purgatione non ejiciebantur.

Aphoris. 24.

Ad cutim aperiendam, & sudorem proliciendum utaris sequentibus:

Vel, ℞. *Aqu. Theriac. Capbur.* ℥ j. ß.
Liquoris fœcularum vin. correcti, ℥ j.
Ol. Calchanth. ℥ ß.
Ol. margarit. gr. vj.

Ol. corall. rub. ℈ j.
Ol. Terebinth. gr. v.
Ol. bacc. Junip. gr. iij.
Ess. Chelidon. ʒ. ß.
Aqu. rad. Tussilag.
Aqu. Ering. an. ℥ j.
Aqu. flor. Sambuci,
Aqu. Violar. lutear. an. ℥ß.
Vin. rubr. dulciss. ℥ ij. ß.

Omnia misceantur, pareturq; potio sudorifera.

Quæ sanè est aqua efficacissima ad proliciendos sudores.

Vel, ℞. *Rad. Pimpinel.* ℥ j. ß.
Dictamn. alb.
Valerian. an. ʒ ij.
Tormentil. ʒ vj.
Angelic. ʒ ij.
C. C.
Oculor. cancr. præp. an. ʒ iij.
Succin. alb. ʒ ij.
Sem. nap. ℈ iiij.
Card. benedict. ℈ viij.
Terr. sig. strig. ℥ ij.
Bol. arm. præp.
Flor. Sulph. myrrhat. an. ℈ jv.
Salis Fraxini,
Scabios.
Card. B.
Junip.

Absinth.

Absinth.
Valerian.
Artemis. an ℈ j. ß.
Macis acet. macerat.
Croc. an. ℈ j.
Misce, F. Pulvis.

Dosis est â ℈ j. ad ℈ j. iv.

Vel ℞. *Aqu. Scord.*
Calendul. an. ʒ vj.
In his dissolve
Antid. Matthiol.
Alexiter. an. ʒ j. ß.
Theriac. opt. ℈ j.
Pulv. Bezoart. aur.
Unicornu veri,
Lapid. Bezoar. an. ℈ ß.
Syr. de acetos. citri,
De succ. acetos an. ʒ vj.
Aceti cort. citr. ʒ ß.
Ol. Sulph. accidi gut. iiij.
Misce.

Vel ℞. *Salis Junip.*
Salis absinth. an. ʒ ß.
Spir. Sulph. acid. ℈ j.
Aqu. Card. B. ʒ iiij.
Misce; F. Potio.

Vel ℞. *Elect. de ovo* ʒ j. ß.
Pulv. bol. arm. ver. ℈ j.
Mithrid. Elect.

Antid.

Antid. de sanguin. an. ℈ j.
Scord. ver.
Angelic.
Sp. cordial. an. ℈ ß.
Corn monocer gr. iij.
Aqu. Angelic. ℥ j ß.
Vin. malvatic. ℥ j
Misce; F. Potio.

Aphoris. 25.

In sudore proliciendo, nè vires debilitentur, cavendum est.

Aphoris. 26.

Abstineatur à somno, donec bis proliciatur sudor: Et inter sudandum reficiatur æger Aquis Cordialibus, *&c.*

Aphoris. 27.

Finito sudore, linteis puris detergatur Corpus, ita tamen nè aëre frigido offendatur: Et reficiatur Æger cibis εὐχύμοις & εὐπιμπλοις, ut ptisanâ, *&c.*

Aphoris. 28.

Evacuatione per cutim factâ, tamen quotidiè medicamentis putredo, quantum potest, inhibeatur, venenum resistatur, & flamma viscerum extinguatur. Ut,

℞. *Aqu. Acetos.*
Scabios.
Rosar. an. ℥ iij.
Aceti de rub. id.
Flor. tunic.
Rosar. an. ℥ ij.
Vin. alb. lb ß.
Suc. Citr.
Julep. Ros. an. ℥ j.
Cort. Citr. recent. ℥ vj.

Stent

Stent mixta in vitro donec liquor odorem Citri attrahat.

Vel. ℞. *Solut. Coral.*
Margarit. an. ℈ j.
Hyacinth.
Extract. Croc. an. ℈ ß.
Conf. Alcherm. ℈ j.
Ol. de cort. Citr. gut. iii j.
Saccb. albiss. in aqu. rosar q.s.
Dissolut q.s. F. Rotulæ.

Valdè commendatur & sequens haustus:

℞. *Conf. Alcherm.* ʒ ij.
Syr. acetos. citri, ʒ ij.
Granator.
Rub. Id. an. ʒ j.
Aqu. Acetos. lb ß.
Rosar. opt. ʒ ii.
Scabios. ʒ i.
Misce.

Sæpius reiteretur haustus hic; qui est efficacior, si addatur spir Salis opt. gut. 4.

Aphoris. 29.

Potiones sudoriferæ statim in initio morbi sumendæ sunt, vel 6 horis post purgativum; at intra horas 24, jejuno ventriculo.

Aphoris. 30.

Partes affectæ sui roborationem indicant medicamentis internis, vel externis.

Aphoris. 31.

Medicamenta interna sumuntur hujusmodi;

Potio.

℞. *Sp. marg frig.* ʒ ß.
Conf. Alcherm gr. ij.

Aqu.

Aqu. bugl.
Aceti, an. ℥ i.
Syr. de acetos. citr. ℥ i.
Misce; F. Potus.

Tabulæ.

℞. *Sp. Triasant.* ʒ ii.
Oss. C. C. ϑ ß.
Marg. præ. ϑ ß.
Saphyr. Hiacynth. an. ϑ i.
Sacch. alb. in aqu. aceto. dissolut. ℥ iii.
F. Tabulæ auratæ.

Electuarium.

℞. *Conserv. acetos.* ℥ j.
Conserv. ros.
Bugloss. an. ℥ ß.
Sp. diamarg. frig. ℥ ii.
Sacch. ros. tabulati, q. s.
F. Conditum auro obtectum.

Aphoris. 32.

Externa applicantur singulis partibus, modo Epithematis.

Aphoris. 33.

Unicum singulare cordis Epithema hic adjiciam,

℞. *Sp. de gem.* ʒ j.
Sant. rub.
Cort. citr.
Xyloal:
Mac. an. ʒ ß.
Been alb.
Rubr.
Camph.
Croc. an. ϑ ß.

Mosch.

Mosch. gr. iiij.
Aqu. ros. fragrant. ℥ iij. ß.
Vin. generosiss. ℥ iij.
Acet. ros. ℥ ij.

Misce: F. Epithema, regioni cordis applicandum. Sunt & alia Hepati, cerebro, stomacho, & Dorso adhibenda, quæ in istarum partium affectibus utilia.

Aphoris. 34.

Corroborantia interna omnino exhibenda sunt; sed præcipuè inter Phlebotomiam & purgativa, inter sudorifera & purgationes, inter cibum & potum, &c.

Aphoris. 35.

Bubone adhuc in fieri, in interiori latente, nè fiat repercussio, sed potiùs evocatio: nec morandum est, donec maturetur; nè venenum retrocedat, naturâ forsan devictâ; quæ in operatione nihilominus est fortis; immò fortior, adhibito auxilio.

Aphoris. 36.

Communiter applicant bubonibus cucurbitulas, sine scarificatione, ante tumoris extractionem; vel cum scarificatione, bubone facto, ut venenum effluat.

Aphoris. 37.

Evocato vel scarificato bubone, si dolor oriatur, signum bonum est.

Aphoris. 38.

Possunt, & forsan non minori successu, applicari sanguisugæ.

Aphoris. 39.

Evocantur interdum Emplastris, ut Emplastro Diachylo; interdum ficubus, viscu, &c. Nucibus, Ruta & aliis.

Aphoris. 40.

Tumores evocantur ante secundum vel tertium diem, præcedentibus evacuationibus.

Aphoris. 41.

Bubone facto, materiam venenosam in se habente, fiat apertio vel scalpello, vel cauterio actuali o ægro robusto: Vel

tandem

tandem perforentur tumores Ruptorio aliquo medicinali, vel Cantharidibus: Modò sit scalpellum sat magnum, & cauterium vel ruptorium pro cutis densitate sufficiat.

Aphoris. 42.

Si tumor sit calidus, ante apertionem nè fiat refrigeratio, nè venenum pellatur: Defendantur loca vicina: At post apertionem, refrigeretur corpus, & mitigetur dolor, penicillis intinctis in unguento.

Aphoris. 43.

Si sit unitatis solutio cum tumore crudo & duro, emolliatur emplastro; cum tumore maturo & molli, ulcus abstergatur, hoc modo;

℞. *Vitell. ovor.* n°. j. *mellis ros.* ℥ ij.
Farin. ℥ j. *misceantur bene, &*
F. unguentum.

Dein carne impleatur, hoc linimento: ut

℞. *Mastich.*
Thuris,
Myrrh.
Cerussæ,
Tutiæ,
Farin. tritic. vel faban.
Adip. cerv.
Ceræ, an. q. s. *est.*
Misce, F. Linimentum molle.

Postremò conglutinetur croco martis.

Aphoris. 44.

Carbunculi, seu pustulæ, initio pruritum inferunt, paulatim prominet; initio rubet, post virescit, ac nigrescit, aut versicolor est. Vicina pars livet, pustulæ admodum excitantur exiguæ, perinde ac cùm exuratur locus aliquis: dolor magnus, ardor gravis, crustam relinquis. Deterior est & longior, qui nervosis partibus insedit.

Aphoris. 45.

Vulgò in principio extrahuntur cucurbitulis, vel simili modo; In augmento, solvuntur & maturantur Dialthea, Theri-

Theriaca, &c. In statu, aperiuntur ferro incidente, vel Urenti; vel medicamentis, ruptorio, aut vesicatorio aliquo. In declinatione, fit ut antea in tumoribus; absterguntur, &c.

Aphoris. 46.

Quoad symptomata alia, & accidentia in peste, facilè corriguntur, cùm in aliis morbis sæpe occurrunt, ergò omittantur.

Aphoris. 47.

Nos sanè, quamvis docere non aggrediamur, dicere tamen ausi sumus, necesse esse methodo uti citissimâ, ob rapidissimum pestis cursum, quem citò peragit.

Aphoris. 48.

Quam primùm morbum aggredimur, causam consideramus, scil. venenum, quod totum corpus in morbum traxerat.

Aphoris. 49.

Causâ hac sublatâ, tollitur effectus. Et certè causa auferri potest primâ scil. indicatione, sine ullâ corporis injuriâ. Et nullâ aliâ viâ destruitur, nisi expulsione; quæ commodissimè fit per transpirationem, sudoriferis nempe medicamentis.

Aphoris. 50.

Sudorifero forti, at corpori amico, extruditur venenum, *viz.*

℞. *Ess. Sulph. Balsam.* gr. 16.
Sp. salis microcosmici, gut. 5.
Vin. græc. ℥ ij.

Calidum sit vinum, in quod ponantur Essentiæ & Sal.

Detur hoc ad sudores proliciendos.

Aphoris. 51.

Sudor instituatur ad minimum per triduum, ut plurimum in robustis ad hebdomadam. Quotidiè bis, mane & vesperi; singulis etiam vicibus per diei sextantem, si fieri possit: primis diebus magis, & deinceps minùs.

Aphorism

Aphoris. 52.

Inter sudandum tollatur potus; sudore peracto, hordei cremore cibandum est; & pro potu, adhibeatur vinum fumo piceo tinctum, cum paucis granis sulphuris præfati, & gutt. 2. salis spiritus.

Aphoris. 53.

Bubonibus etiam applicentur folia Asari aceto macerata, calida, & plantis pedum, & manuum; quæ post horas 12 singulas, sepeliri possunt, ob grandem fœtorem.

Aphoris. 54.

Carbunculis adhibeantur lintea calida, generoso vino intincta, cui addatur Sulphuris essentia balsamica.

Aphoris. 55.

Summa est: Tumores statim aperiantur, vicinæ partes confortentur, & procedendum ad finem curæ, caute, nè venenum iterùm intret, cùm semel exierit. Inter sudandum enim, Sudorifero præfato adhibito, spiritus venenosi expellentur, si Deo placuerit.

FINIS.

Lector Candide

SI quæ videntur mentis Errata; gaudeo si solùm videntur talia: Si quæ, linguæ; lapsus existimes. Sin verò impressioni adsint; in his solis, humaniter corrigas, peto, ut sequitur.

In Ep. ad Lect. prope finem, lege *amplectamur*. pag. 2. Aph. 5. lin. ult. leg. *miseri*. p. 7. A. 30. l. 1. *expunge punctum illud inter voces fracido & Gas*. p. 11. A. 30. l. ult. leg. *primâ*. p. 25. l. 16. leg. *Cerv*. p. 27. l. 19. leg. *Scorzoneræ*. p. 33. A. 15. lin. penult. leg. *flammam*. p. 38. A. 48. l. 1. leg. *spiritus venenosus*. p. 41. A. 78. l. 2. leg. *subrubea*. p. 55. l. 5. leg. *succ. herb*. p. 56. A. 42. l. 1. leg. *carpi*. p. 57. l. 25. leg. *Cort. Citr*. p. 65. A. 15. l. 1. leg. *Syrupo*. p. 65. A. 16. l. 2. leg. *castigatam*. p. 66. l. 26. leg. *fraxini*. p. 71. A. 41. l. ult. leg. *actuali*. p. 73. A. 50. l. 5. leg. *Vin. græc*.